interpretatur ambulans.
Et hi igitur qui ascenderunt in cur-
ribus suis et habuerunt equites et stre-
pitum tamen manentes sonitum quibus lo-
cuta est que habitat bene in civitatibus
suis: isti in curribus et isti in equis
nos autem in nomine domini dei nostri in-
vocabimus, quia moverunt pedes suos
et ambulantes sunt omni vento doctrine et
de ecclesia exire voluerunt que interpretatur

specula .i. syon principes peccati fuerunt
filie syon et in ipsa hoc est in lachis
invente sunt impietates israel quia ierusalem
dei a regno pristino separaverunt. Prin
ceps ergo peccati est filie syon que habitat
lachis .i. ambulacio pessima grandi
nigrit fluctuante et impietas israel in
hiis est quia super movet pedes suos et
habitare dicitur in lachis. Dabunt
quorum emissarii usque ad hereditatem
geth. Geth pessima et torcular ve
nenorum quod edificatur contra domum dei
ubi sunt vane domus que edificate sunt in
derisum et iste vane domus in vanita
te sunt regibus israel quantum ad hystoriam
pertinet hiis regibus quorum peccata in regnorum
et in paralipomenon libris scripta sunt
Quantum autem ad anagogen pertinet
hereticorum ductibus per pravorum doctri
nam. Hiis .i. domus vane sunt et frus
tra extructe et indicium perseverantes
doctores teneant eas heredes quia adducti
di sunt a domino. Post hec sequitur que
habitas lachis hereditas usque odollam
veniet. Odollam interpretatur testimonium
haustus vel hauritionis eorum quod
significantius dicitur in greco.

Legimus in
proverbiis si mala fueris solus haurie
es mala. Que ergo habitat lachis .i.
in itinere pessimo veniet usque ad testimo
nium exhaustionis sue quod exhauri
at atque ebibat vinum mesticum operum
suorum. Vel certe ita distinguendum ut
hoc quod dicitur que habitas lachis ad su
periora referatur et sit ordo ac sensus
Adducam heredes tibi de ecclesia que habitas
lachis quia de hereditate domini et tu eis
tu hauseris et receperis que meruerunt
Observa in templi fine litore intuitive

non voluntate putet et expositionem pheram
verbositate existimet nunquam inveniat
in locis tam asperis me aliquid invenire
quam quantumque eorum que dicenda sunt non pretermittere. Decalvare et tondere super fi
lios deliciarum tuarum. Dilata calvici
um tuum sicut aquila quoniam captivi duc
ti sunt ex te. Iuxta Septuaginta filie israel decal
vare et tondere super filios delicatos
tuos. Dilata calvitium sicut aquila
quoniam captivi ducti sunt ex te.
Hoc quod diximus est a lxx translatum filie israel
addentibus filia hebrei in fine superi
oris capituli legunt. Nobis autem qui sic
voluimus et scilicet suscepimus veritatis nomi
tas ita interpretari scripturas quod le
gitur in ecclesia et nichilominus non
omittere hebraicam veritatem. De ergo ad
israel interim sermonibus ut vel decem
tribus capitula in samaria vel in qua
omnes israel qui captivus ductus est populus
et omnis iudea ab assyriis babi
loniisque vastata est assumant
planctum et ploret filios suos et quo
modo aquila que regina est avium cito
tempore amittit pilos et remanet in
plumis sic etiam israel deponat omnem
gloriam suam qua erat ante circumdatus
et plangat filios hostium subditos
potestati. Quod autem aquila cito tempore amit
tere plumas soleat et in psalterio scrip
tum est renovabitur sicut aquila senectus
tua et commentis in ceuton time
romenon. Visa est michi nec quod dicat
solet aquile senectus. Si autem volue
rimus hoc ipsum et de presenti tempore iudai
ce eversionis accipere videbimus omnem
gloriam qua quondam apud deum floru
it ab eis penitus recessisse. Ubi est
enim prophecia. Ubi doctor legis, ubi

angelorum presidia. Ubi tamen plures
a paucis superata victoria. Decal-
vata est ierusalem et omnem comam glorie
pristine perdidit et filii eius qui clama-
verunt contra dominum crucifige crucifige
eum ducti sunt in captivitatem. Legi in cu-
iusdam commentariis hoc quod dicitur decalva-
re et tondere super filios deliciarum tu-
arum et de condicione humana posse
accipi vel dei ad adam sive ad ierusalem
celestem dirigatur eloquium. O anima huma-
na o urbs quondam sanctorum mater que
positus eras in paradiso et fruebaris de-
liciis arborum diversarum et habebas
speciosissimam comam nunc quia proiecta
es de sublimibus et deducta in
babilone et venisti in locum capti-
vitatis et perdidisti comam tuam inde
et assume calvitium penitentie et quasi prius
que aquila volabas in excelsis plange
filios plange sobolem tuam que ex te
ducta captiva. Ve qui cogitatis
inutile et operamini malum in cubi-
libus vestris in luce matutina faciunt
illud quoniam contra dominum est manus eorum.
Concupierunt agros et violenter tulerunt
et domos rapuerunt et calumpniaban-
tur virum et domum eius virum et he-
reditatem eius. Ideo hec dicit dominus.
Ecce ego cogito super familiam istam
malum unde non auferetis colla vestra
et non ambulabitis superbi quoniam tempus
pessimum est. In die illa sumetur super
vos parabola et cantabitur canticum
cum suavitate dicentium. Depopu-
latione vastati sumus pars populi mei
commutata est. Quomodo recedet a me
cum revertatur qui regiones vestras divi-
dat. Propter hoc non erit tibi mittens
funiculum sortis in cetu domini isl'

tam secundum

Lex. Facti sunt cogitantes labores et
operantes mala in cubilibus suis et
sicut in die consummabant ea quia non
levaverunt ad deum manus suas et
desiderabant agros et diripiebant pu-
pillos et domos opprimebant et in-
piebant virum et domum eius virum et
hereditatem eius. Propterea hec dicit dominus
Ecce ego cogito super tribum istam ma-
la de quibus non auferatis colla vestra
et non ambuletis recti subito quia tempus
pessimum est. In die illa sumetur super
vos parabola et plangetur planctus
in cantico dicentium. Miseria vastati
sumus pars populi mei dimensa est in
funiculo et non erat qui prohiberet eum
ut averteretur agri nostri divisi sunt. Propter
hoc non erit tibi mittens funiculum
in hereditate. Et in hereditate sic ca-
pitulum iuxta hebraicum posuimus in cetu
domini pro quo lxx transtulerunt in ecclesia
domini iuxta editionem vulgatam sequitur
capituli principium est et ideo in illo si
dominus iusserit disseremus. Ve igitur vos
populi iudeorum qui excogitatis ma-
la et opere completis et cubilia ad re-
quiescendum data stupris polluitis
et quicquid in cogitatione nocte tractatis quasi
differre non liceat statim ut dies cla-
ruerit festinatis implere non consi-
derantes quia adversum dominum fortis est
manus vestra. Et ut doceret superius tam
quod esset quod in nocte cogitaverint et in
die fecerint exposuit in partibus. Concu-
pierunt inquit agros et violenter tulerunt
et domos subaudit eorum concupierunt
et quas concupierunt diripuerunt et non
solum calumpniabantur homines et domos
eorum sed possessores quoque et minores
etate parvulam inhiebant rabido ore

vastabant. Quia igitur ista sensistis et
cogitastis inutile, et ego dominus cogitabo
super familiam istam malum, non quo malum
sit quod ego cogito, sed quod patientibus videatur
malum, quod ita vos premet ut colla
vestra non possitis sublevare nec ambulare
superbi, sed quos ipse captivitatis oppresse-
rat. In die illa dicetur super vos parabola et
miseriae vestrae veniunt in canticum can-
tantium: depopulatione vastati sumus.
Pars populi mei. Templum, inquit, meum,
quod solum inter gentes cultus pietas habe-
bat, mutabitur in ruinam. Quomodo a me
recedet Assyrius cum revertatur, ut agros
meos sorte distribuat. Propterea, o
familia Israel, super quam ego malum cogi-
to, non habebis partem in hereditate victorum.
Sed et de gemina captivitate hoc ipsum
accipi potest, quod omnia eis evenerint que
diximus, cum transierit, ita tamen ut lxx
interpretatum editio dissentiat. Et alie-
nata filie Israel decalvata est et attonsa
sa super filios quondam delicatissimos, et si
quid decipiens venatum pilorum fuit,
alia decipiens incisum et attonsione
truncatum est, et pariter omnia consilia eorum
versa sunt in labores, et que cogitaverunt
mente et anima dormiente, attulerunt
eis labores, quos operati sunt statim ut
lux rupit et ultio apparuit conturbantium.
Cum enim legissent vicisse Israel
quando Moyses manus levabat ad do-
minum, superatum esse a lxx Amalech, quando
Moyses lassa brachia deponebat,
non levaverunt ad deum manus suas,
sed omnia in pauperes et plebem domini
scelera perpetrantes desideraverunt agros
et pupillorum domos diripiebant ac
virum pariter et uxore liberosque eius
et substantiam depopulabantur.

Propterea cogitavit deus mala super
tribum illam, neque enim tunc sed tribum
maliciae et in scelere federatam, de quibus
non poterunt elevare cervices nec recti
incedere. Denique usque ad presentem diem sub-
diti sunt romano imperio et premuntur cap-
tivitatis iugo et colla non elevant.
Quod autem sequitur . . . . r subito
in hebraicis voluminibus non habetur et
tamen potest cum priori loco ita congruere ut
dicamus: Propterea hec dicit dominus, ecce
ego cogito super tribum istam mala subito
de quibus non poterunt elevare cervices suas
et obid elevare non poterunt quia tempus
malum est. Sicut enim mala operati
sunt contra dominum ihesum, sic malum cap-
tivitatis perpetue sustinebunt et in tan-
tam venient angustiam ut omnia eorum
cantica et psalmi vertantur in luctum,
nichilque aliud noverint loqui nisi in
hoc miseria miseri sumus. Terra
quippe repromissionis que postquam duabus et semis
tribubus sorte divisa fuerat trans Ior-
danem, Moyse mittente funiculum et
postea ab ihesu nave tribubus reliquis
distributa, hic gentibus romano in censum
divisa est, et nemo fuit qui prohiberet,
quin potius cum universas optinerent
nationes nullus est in iudeis qui eius quon-
dam pristina libertate possideat statum. Quod
si iuxta lxx ea que sequuntur voluerimus de Adam super
dicere, ad animam humanam sermonem
dirigi quod de paradiso corruens in captivitatem
huius mundi venerit, videbimus quod per omnes
cogitatus eius labor sit et dolor et
cubilia eius plena sint mali et lux
ipsa quam videtur mixta sit tenebris, que
nocte tenemus in caligine complicamus.
Quis enim levat sanctas ad deum
manus sine ira et cogitationibus? Ecce

no desiderat villas istius seculi oblitus
possessionum paradisi. Videas alios
agros agris terminos iungere finibus et pa-
uo hominis corpusculo totam urbium non
sufficere. Propterea cogitat dominus super
nos mala de quibus numquam non possimus
eleuare ceruices nostras nec ambulare recti quia
tempus pessimum est. Unde et homines uba dicen-
tes Mundus in maligno positus est.
Id ipsum significat et illa in euangelio
filia abraham nobilis anima quam sa-
thanas uinxerat et incuruauerat et
non ad uenturum dominum in sublimi erigi cum
non potuit nec sursum suspicere creatorem.
Unde saluator Hanc inquit filiam abra-
he quam ligauerat sathanas non
oportuit solui de uinculo isto in die
sabbati. Quia ergo gloria nostra omnibus angu-
sta est et dilatabamus tamquam ul ui-
duitate nostra sicut et in quibusdam codi-
cibus inuenitur. Missi sunt qui nos plan-
gerent cum iheremia et sumerent super
nos parabolam et dicerent cum apostolo lu-
gebam multos qui peccauerunt et non ege-
runt penitentiam. Nos et non plangat ui-
dens humanas animas que varia supel-
lectile a demonibus et diuersis uiciis esse
possessas. Alius demonem fornicati-
onis mittit fimicibus alius auaricie
ille homicidii hic periurii lineas tendit.
Pars populi dei diuisa est in funiculo et
ager quidam sanctitatis et paradisi quem
odorem ysaac delectabatur in filio suo ia-
cob terra sunt assyriis regique babilo-
nis. Et homini fouens uulpibus
et uolucribus celi nidos filius hominis
non habet ubi caput suum reclinet.
Expositum enim quod mei regnicoli pa-
ciebantur angustie et primum ab assy-
riis babiloniis populis captiuitatem
et secundam a romanis que diutius cruci-
fixerant et terciam spiritualem que uniuersis
nobis cum adam de paradiso decidit
et in huius mundi captiuitate uersatur.
De qua cum uenerit dominus eriget allisos
soluet compeditos et captiuos quondam
dyaboli reducet in possessionem suam
et complebitur ille psalmiste sermo dicen-
tis Ascendens in altum captiuam duxit
captiuitatem. Unde quia expositum est et
de ecclia quarta captiuitas accipi-
de qua uniuersitas excedit per peccatum et
postea ab esdra qui interpretatur adiu-
tor id est sermone dei reducatur in iherusalem.
Si quis autem in lege domini die ac noc-
te meditatur maius habuit stu-
dium maius ingenium omnium grammaticorum
et sit de primo capitulo probabili aliquis
aliquid dicere non inuideo nec sermo quin
potius cupio ab eo discere quod ignoro
et libenter me discipulum profitebor dum
me doceat et non detrahat. Nichil
enim tam facile quam ociosum et dormien-
tem de aliorum labore et uigiliis dis-
putare. Hec loquuntur lacrimantes non sus-
labit super istos non comprehendet confusio
dicat dominus iacob. Numquid abbreuia-
tus est spiritus domini. Aut tales sunt cogita-
tiones eius. Nonne uerba mea bona
sunt cum eo qui recte graditur. Et econtrario
populus meus in aduersarium consurrexit
Desuper tunicam pallium sustulistis et
eos qui transiebant simpliciter auertistis
in bellum. Iterum In ecclia ut dicitur
nolite flere lacrimis nec ploretis super
his Aaron et abiacet cuppa quia
dicat dominus iacob prouocauit spiritum
domini. Si hec sunt adinuentiones eius nonne
sermones eius boni sunt cum eo et recte am-
bulauerunt. Et prius populus meus

inimicus restitit contra patrem suam
pellem eius excoriauerunt ut auferent
orationem belli. Ille loquitur magister lap-
tes per quo interpretatur est aquila ne stil-
let stillantes quedam ydiote hebreo
eloquio ab eo quod fluat et ad aures per-
ueniat audientium in similitudine pluuie
descendentis stillationem uocans. Nolite
uos decipere o domus iacob et in con-
solationem inmittam dicere deus bonus est
non ueniet captiuitas quam timemus.
Nam larga eius misericordia et clementissimus
spiritus qui late et abundanter ortum
omnibus in uobis tamen abbuiabit et seue-
rus erit. Aut huiuscemodi sunt cogitati-
ones eius quales in hominibus reperimus
ut antiquam teneat iracundiam et
ad uindictam filiorum subito concitetur.
Ad quod respondit dominus: Bonus quidem sunt
uerba mea sonant clementiam sed ad
eos qui recto itinere gradiuntur. Cum autem
non dico olim sed sed hesterno die in
contradictionem mea uenerant est ydola
et quantum in se fuit tyrannica aduer-
sum me arma corripuit quod infelicem
populum expoliauit auxilio dei et
quasi super tunicam pallium tulit quod
simplices quosque credentium et ma-
iorum adquiescentes auctoritati contra
me uertit in bellum. Numquid non stil-
labit super eum dominus et apprehendet
eum confusio. Hoc autem quod uos uti-
mur econtrario populus meus in aduersa-
rium consurrexit quia ubi malum et
contrarium et diem hesternum sonat
symmachus aptius transtulit ut di-
ceret ante unam diem populus meus quasi
inimicus restitit ut solueret orationem
quod deus non preterita uicia inputaret
populo sed recentia et que quasi die

dimissa uideantur hesterno. Hec iuxta he-
braicam intelligentiam, ceterum lxx inter-
pretes in hoc loco sibi penitus non co-
herent. Ad eam enim quod premissum est in ecclesia
domini nolite flere quod consequentia est ut inse-
ratur non enim abiciet opprobria quia dicit
domus iacob prouocauit spiritum domini.
Sed et illud quod sequitur si hec adinuen-
tiones sunt eius nonne sermones eius boni
sunt cum eo et recte ambulabunt ad
possessionem quod pertinet que dicitur et
prius populus meus in aduersarium resti-
tit contra patrem suam pellem eius excoria-
uerunt ut auferent orationem belli.
Videtur autem mihi ut in loco difficillimo
sic posse reddi sensus si tamen prudens
lector meę orationi adquieuerit. Precepit
itaque ecclesie ut non habeat tristitiam et
sollicitudinem super rebus seculi et dap-
nis que in hoc mundo euenire con-
sueuerunt et dicitur habitatoribus eius: O
uos qui estis in ecclesia domini semper gau-
dete et quicquid uobis de dei iudiciis
acciderit gratulamini. Nec hoc dico
quod flere non debeatis beati quippe flen-
tes quoniam ipsi ridebunt sed illud am-
moneo ne in hiis plangatis que seculi sunt.
Si quis mortuus fuit propinquorum si sub-
stantiam fiscus inuaserit si corpus uel po-
dagra uel aliquis quilibet morbus oppresse-
rit nolite flere nolite fundere lacrimas
ne offendetis presentia sed futura et aggra-
uauitis magis quod diximus in hoc taber-naculo mor-
tis habitetis quin potius illud cauete
ne insultetis cadentibus et alienam
ruinam uestram edificationem putetis.
Vnusquisque se ex suis uiribus non ex
imbecillitate alterius metiatur. Alio-
quin que ista iustitia est in uos ole-
astri insidentes ramis oliue qui

fracti fuerunt propter infidelitatem su-
am et dicere domui iacob ad miseri-
cordiam spiritu domini preconauit in fines pro-
phetas parabola colens dei filium cruci-
figens. Et cum hoc sit non erit
alienus ab opprobrio et ea mensura
qua iudicabit iudicabitur de eo
et quod ipse de peccatis loquitur corripie-
tur ita aliorum ruine illius insultabit
Sequitur. Et he adinventiones eius sunt
nomine verba eius bona sunt cum eo et recte
ambulaverunt. Ideo offendit
autem iudaicus populus ut plenitudo
gentium subintraret dispensationis
dei est ut postea credente israel omnes
salui fierent et uniuersi indigerent
misericordia dei Unde et apostolus ad huius
loca veniens commotione profundum sapientie
et scientie et iudiciorum dei abissum in-
vestigabilem esse proclamat. Sunt ergo
adinventiones et cogitationes sunt dei
frangit perfectos ramos de oliua et in-
serit alios de oleastro non debes insul-
tare sed timere ne corruas. Nec estima-
mes in eo te placere deo si sermo-
nes a. scripturas illius legas. Cum
scripture legenti proderunt si quod le-
gitur opere compleatur si loqueris de scrip-
turis possis dicere An experimentum
eius queritis qui in me loquitur christus
Dominus ipse dabit verbum euangeli-
zantibus uirtute multa et super mon-
tem excelsum ascendit qui euangeli-
zat syon et eleuat uocem in for-
titudine qui euangelizat ierusalem
Atque hoc modo sermones dei boni sunt
si secum sunt hoc est si deus non dese-
rit predicantem cuius cor labiaque
consentiunt. Ceterum qui confitetur la-
biis et cor eius longe est a deo et

narrat iusticias eius et assumit
testamentum per os suum et peccatorum ser-
dibus communicat cum hoc non sunt boni ser-
mones dei. Nec solum de peccatore sed de
eo quoque qui germanum non habet spirituale et
prophetie ac doctrine et inspirationis
maiorumque karismatum hoc dicendum est
quod istiusmodi homo si voluerit elementorum
causas fideique sue rationem reddere et
quare deus qui bonus et creator est omnium
ad solos tamen iudeos venerit et in
ultimo iam seculo venerit nationes non
habeat sermones dei bonos secum sed de
propria imperitia etiam ea que bona sunt
dei verba contaminat que verba recte am-
bulantes et rectis cordibus requirunt
Et hec quidem dominus precipit populo suc-
cessori et ecclesie de gentibus congregate
ne insultet generationi pristine et in-
sultando non sit aliena ab obprobriis
Refert autem ipse qui verus iudex est et
sine perturbatione loquitur quod in passione
sua israel ei contrarius fuerit et hoc fecerit
non quo suo nomine potuerit creatori
sed quo contra pacem suam omnia permiserit
Unde et ad ierusalem sermo est si scires etiam
que ad pacem sunt tibi. Pacem autem perdiderunt
pellem suam exspoliaverunt id est tulerunt
a se dei auxilium quo protegebantur
et quasi nudis carnibus absque ~~cute~~ cute
et tegmine reliquerunt ut quod prius videba-
batur esse pulchrum operiente desuper mi-
sericordia dei hoc illa recedente pa-
teret videntibus turpitudinem
Recedente autem pace et auxilio
dei quia restiterat domino de quo dicitur
dominus conterens bella dominus nomen
eius adversariis suis resistere non
potuerunt sed in omni certamine victi sunt
nec fuit qui contereret adversarios eos

bella nascentia iuxta utramque perso-
nam hostium vel hominum qui eos duxere
captivos vel adversariarum fortitudi-
num que cotidie animas eorum iugulabant
blasphemando. Mulieres populi mei
eiecistis de domo deliciarum suarum
a parvulis earum tulistis laudem meam
in perpetuum. Surgite et ite quia non
habetis hic requiem. Propter inmunditi-
am eius corrumpetur putredine pessima.
Iuxta translationem lex si lex est. Josephus
enim dicit vel scribit et hebrei tra-
dunt quinque tantum libros legis moysi
translatos ab eis et ptolomeo regi
traditos tamen discordat in presenti lo-
co ab hebrayca veritate ut nec
capita possimus ex equo ponere
nec eorum similiter sententias explicare.
Quam ob rem iuxta primum translationem dis-
seramus et postea veniemus ad eos.
Ad hunc autem populum dei sermo dirigitur
cui supra dixerat econtrario populus meus
in adversarium consurrexit desuper tuni-
ca pallium sustulistis quod non solum
hoc egerunt sed mulieres quoque et
matronas quondam delicatas fecerunt
esse captivas sive sub metaphora
urbes iudee quas et in ysaia filias
syon vocat eo quod sint metropoli subiecte.
A parvulis quoque earum tulistis inquit lau-
dem meam in perpetuum. Nullus remansit
in populo cantor vel inceptor vel cantus
qui meos psalmos caneret. Sed et
pauci qui in babilone superarant ca-
nere se non posse testantur quomodo cantabi-
mus canticum domini in terra aliena. Sur-
gite itaque et ite in captivitatem quia in hac
terra requiem non habebitis quia propter scelera
vestra polluta immunda non potuit in
longum sabbatum autem celebrari. Prop-
terea autem dico vobis non habebitis hic requiem
quia polluta est terra vestra et corrumpe-
tur putredine pessima captivitate vi-
delicet vel babilonia vel romana
eo quod domini hauserit sanguinem. Iuxta
utramque enim hystorie veritatem intelli-
gitur. Lex. Duces populi mei proicientur
de domibus deliciarum suarum propter ma-
las adinventiones suas eiecti sunt.
Post hoc et specialiter de iudaici populi
principibus ac primis sacerdotibus ac phari-
zeis qui post passionem domini proiecti
sunt de urbe deliciarum suarum in qua
prius lasciverant propter malas adi-
nventiones suas et specialiter de stirpe
david quia statim ut natus est dominus defe-
cit princeps ex iuda et dux de fe-
moribus eius veniente cui repositum erat
et appetente expectatione gentium. Sed
ecclesie quoque principes qui deliciis afflu-
unt et inter epulas atque lascivias
pudicitiam servare se credunt. Pro-
pheticus sermo describit quod eiciendi
sint de speciosis domibus lautisque convi-
viis et multo labore epulis conquisitis
et eiciendi propter malas cogitationes
et opera sua. Et si vis scire qui eiciendi
sint evangelium lege in tenebras scilicet
exteriores ubi erit fletus et stridor den-
tium. An non confusionis et ignominie
est ihesum crucifixum magistrum pauperem
atque esurientem fartis prodire cor-
poribus et ieiuniorum doctrina rubentes
buccas tumentiaque ora proferre.
Si in apostolorum loco sumus non solum ser-
monem eorum imitemur sed conversationem quoque
et abstinentiam. Apostolicum esset utique servi-
re ministerium viduis et pauperibus minis-
trare. Non oportet inquit dimisso sermo-
ne dei ministrare mensis. Ac vero

dico pauperes non dico fratres et qui rursum invitare non possent ex quibus excepta gratia nichil aliud episcopales sperent manus sed militantes et accinctos gladio et iudices exercitibus cum fratres suas sentiuionibus et turmis militum versados mittat ad prandium. Tota clericorum urbe discursat quantum exhibere iudicibus que illi in pretorio sunt is aut inveniet non prestat aut certe inventum non remaneat. Nec non arbitrandum quod generaliter ad omnes hec dirigatur invectio sed quos eos qui clericos repulsit sermo propheticus et comminetur eis supplicia et tenebras sempiternas ut qui prudentes et verecundiam non tenent agant penitentiam salutis dampnatione penarum. lex Appropinquate montibus eternis. Eternos montes vel angelos intelligere possumus vel prophetas de quibus et in psalmo scriptum est Fundamenta eius in montibus sanctis et in alio loco levavi oculos meos in montes unde veniet auxilium mihi. Appropinquat autem eternis montibus qui non passibus suis ab eorum consortio separatur quo et moyses appropinquavit deo non loco sed merito. Et ad eos qui appropinquabant eternis montibus ipse dominus loquebatur deus appropinquans et non deus de longe. Montes autem eterni ad distinctionem eorum vocantur qui non sunt eterni principum scilicet huius seculi montium tenebrosorum qui cum erecti fuerint velut cedrus libani transeuntes cum mundo locus eorum non poterit inveniri. lex Surge et ambula quia non est tibi hic requies. Iubemur in nullis mundi rebus putare nobis requiem sed quasi a mortuis consurgentes ad sublimia tendere et ambulare post dominum deum nostrum et dicere Adhesit post te anima mea. Et si neglexeris et nolueris audire dicentem exurge qui dormis et elevare et illuminabit te christus dormimus quidem sed decipiemur et non inveniemus requiem quia ubi christus non illuminat resurgentem quod videtur [illegible] esse requies tribulacio est. lex Propter immundiciam consumpti estis corruptione. Pro eo quod diximus consumpti estis potest iuxta grecam intelligentiam in latino sonare sermone corrupti estis ut sit ordo propter immundiciam corrupti estis corruptione. Hoc autem ad eos dicitur qui voluptati corporis et libidini servientes non solum animam sed et corpus quod suum corrumpunt voluptatum amatores magis quam amatores dei. Potest autem quoque dicere propter immundiciam corrupti estis et sensus etiam ab corruptione finis explem. Nunc autem quod ait corrupti estis corruptione ad distinctionem in diversis videtur corruptionis salutaris inquam et apostolus loquitur et si is qui foris homo noster est corrumpitur sed qui intus est renovatur de die in diem. Qui sibi mortificationem ihesu portat in corpore suo et exteriorem corrumpit hominem et carnem que subiacet impio iste corrumpitur quidem sed non corruptione quia corruptio illius salutaris est. lex Fugisti nemine persequente. Ad eos dicitur qui propter immundiciam corruptione corrupti sunt quod consciencia peccatorum etiam absque suppliciis resistere hostibus et dimicare non audeant. Vani et formidolosi in

scortorum populo ne terreant mites filiorum
suorum eiciuntur et castis pelluntur ex-
ante et in maledictis levitica ad
huiuscemodi homines sermo dirigitur perse-
quetur vos nox solis volitantibus et
fugientibus nullo persequente. Scio me le-
gisse in [illegible] cuiusdam commentariis
exponentem iohannis evangeliste principium om-
nia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
hoc quod diceret nichil ad maliciam
retulisse rursumque ipsam maliciam
inspiratum esse dyabolum et isto quo-
que modo ipsum quod factum est sine xpis-
to nichil dyabolum intellexisse. Si
igitur malicia vel dyabolus nichil est
et fugerunt qui corruptione corrup-
ti sunt nullo et nichil persequente dya-
bolus eos est persecutus in nichil. Ve-
rum videtur nimis coactum et con-
tra scripture simplicitatem artificioso
potius eloquio quam vera interpretatione
disseruisse vel priorem vel quam ipse
repperit expositionem sequatur. Utinam
non essem vir habens spiritum et mendacium
potius loquerer. Stillabo tibi in vinum
et in ebrietatem et erit super quem stillatur
populus iste. Congregans congregabo iacob
totum te in unum adducam reliquias israel
pariter ponam illum quasi gregem in ovili quasi
pecus in medio caularum tumultu-
abuntur a multitudine hominum. Ascendet
enim pandens iter ante eos dividentes
transibunt portam et egredientur per eam.
Et transibit rex eorum coram eis et dominus
in capite eorum. Et in hoc capitulo mul-
tum lxx interpretes ab hebraico dissonant.
Unde primum videtur id quod nobis ab hebreis
traditum est exponere et postea si dominus
voluerit de eorum translatione tractabimus.
O popule iudaice ad quos repromissiones

et quorum testamenta et lex ex quibus
xpistus secundum carnem, cui imminentibus
babiloniis vel romanis dixi: surgite
et ite in captivitatem quia non est vobis
in terra ista requies quia propter inmundiciam
suam corrumpetur perditione novissima
non me putetis volentem loqui et pro-
phetie gaudentem quod venturum video
optare et ipse anathema esse pro fratri-
bus meis qui sunt israhelite. Utinam de me
o sensu loquerer et spiritum sanctum non haberem
et inter pseudo prophetas potius compu-
tarer solus perirem et non essent vera que
dico et crederet tanta multitudo in fili-
um dei et non traderetur perpetue cap-
tivitati. Verum quia propheta sum et dei
spiritu loquor et a divinitate missus sum
dico veritatem. Propterea stillabo tibi sermo-
nem meum in memoriam vinum quod te ine-
briet et corruere faciat. Me autem stil-
lante et canente venture captivitatis
mala populus iste meas pluvias
suscipiet hoc est vult et non vult
sed sustinebit quod dico. Et ne arbitremini
malorum esse me tantum vatem neque quidem
veniet predicta captivitas sed erit in me
sermo dei loquitur qui ad omnes prophetas
fit quo retinente propheta nunc loquitur
et dicit veniam humanum corpus assu-
mam nascar de virgine. Sicut ita
quia in humilitate carnis veni et non cre-
didistis mihi veniam in estimatione mundi
in maiestate mea cum angelis sequenti-
bus et tunc te totum congregabo iacob et
in unum conducam reliquias israel et cum
gentilium populo in ovili meo pariter co-
pulabo tunc te in unum finis sive separa
et tanta erit credentium multitudo et
inter caulas positi gregis tumultua-
tio ut vincatur omnis pecorum largitate

Ac ne forsitan putes quod dixi ponam
illum quasi gregem in ouili et quasi pe-
cus in medio caularum de ouibus
me loqui intellige quod oues iste
homines sint Sequitur enim Tumul-
tuabuntur a multitudine hominum
Tumultus uox plurimorum est et mi-
rre multitudinis clamor pariter
emissa Ille existimemus vnius uocem
sed omnium esse gentium laudatiuum pasto-
ris boni qui ardua que complanaue-
rit et suo equauerit pede dux iti-
neris eorum ipse paradisi ianua sit et
dicat ego sum porta quo utique diui-
dente et precedente et viam et portam
transibit per eam credulum pecus Pas-
tor autem iste et rex est et dominus Vnde
et sequitur Et transibit rex eorum coram
eis et dominus in capite eorum Ex si
uolueris hec omnia de primo aduen-
tu eius accipe et totum iacob et re-
liquias israel ad apostolos et eam refer
multitudinem que in actibus apostolorum
saluata est ex iudeis non abhorre-
bit a ueritate expositio Hos enim
uere congregauit dominus in ouile suum
et posuit in medio caularum et fecit iter
ante eos et induxit eos in ecclesiam
et fuit rex eorum coram eis et est
dominus in capite eorum in perpetuum Ier.
Spiritus staturit mendacium stillabit tibi
in vinum et in ebrietatem et erit de
stilla populi huius congregandum congrega-
bitur iacob Non ut plerique estimant
spiritus stetit mendax sed spiritus sta-
tuit mendacium legendum est quod
grece dicitur
hoc est Quod eius
in vulneribus putridis ne cancer
serpat et emortuum corpus viuas

carnes depascantur medicina secan-
di statuunt medici et cirurgi cau-
terio uel puluere caustico ita spiritus
dei sine posuit mendacio ne ultra
prophetis dei pseudo prophetarum uocabulis
deciperentur Est autem spiritus contrarius in nouo
quam in ueteri testamento ubique sine
additamento ponitur in bonam partem
intelligatur et sepe diximus et nunc
ex parte ponimus ne cui dubium sit
Fructus autem spiritus karitas gaudi-
um pax et si spiritu viuimus spiritu et am-
bulemus Et alibi Si autem spiritu
opera corporis mortificaueritis viuetis
Et in veteri testamento Dans flatum
populo qui est in ea et spiritum his qui
calcant eam Haud dubium ex pre-
cedentibus quin tamen significet Qui enim
calcant opera terrena et pedibus suis
subiciunt ea utique non malum sed bonum
spiritum merentur accipere E contrario spiritus
malus cum additamento semper legitur ut
ubi cum autem spiritus immundus exierit ab
homine Et in alio loco Increpauit
spiritum immundum et huius similia
Spiritus gratio dei qui mendacio sine po-
suit in pseudo prophetis ipse tibi stillabit
in vinum et in ebrietatem. vinum quod le-
tificat cor hominis et ebrietatem qua
inebriatus est noe et de qua alibi
dicitur Comedite amici et inebriamini
Hec autem omnis leticia et ebrietas ad
comparationem sapientie dei que velut flu-
uius celestem irrigat ihrlm stilla
est et gutta permodica Per dubi-
tabunt sapienciam dei stillam in hominibus
dicere qui lapidem abscisum de monte
sine manibus legerint et fatuum dei
sapientius hominibus et apostolos quos ipsos
ex parte confuisse et ex parte prophetasse

De hac q sapientia et stilla populi iuda-
ici non est. ueniet in ad oues perditas
domus israel. congregatum est iacob omnis
qui supplantauit esau et accepit primoge-
nita eius ac benedictionem et antequam nasce-
retur et adhuc positus in utero plan-
tam pilosi fratris inuadit. lex. Cum o-
bus suscipiens suscipiam reliquias de israel
Cum n p m crediderit gentium populus
et omnis orbis ad meam fidem fuerit ad-
ductus et intrauerit plenitudo gentium
tunc etiam reliquie saluabuntur israel non
ille reliquie de quibus scriptum est in regum
non libro. dereliqui mihi septem milia
virorum qui non curuauerunt genu ba-
al. Et de quibus paulus ergo et in
isto tempore reliquie secundum electionem gratie
salue facte sunt. Et de quibus supra mi-
cheas. et erit de stilla populi eius con-
gregatus congregabitur iacob sed ille re-
liquie que postquam omnes suscepti fu-
erint in fine suscipientur a deo.
et de quibus nunc dicitur cum omnibus
suscipiens suscipiam reliquias israel. et
iuxta id quod supra diximus concludens deus
omnis sub peccato ut omnibus misereatur.
lex. Ponam auersionem eorum sicut oues
in tribulatione. Reliquias israel post-
quam omnes suscepero susceptum simul
nunc interim quia auersi sunt a me po-
nam in tribulatione et coangustabo
et faciam sedere sine sacerdote et sine altari
et sine prophetia ut quem per beneficia non
senserunt intelligant per supplicia. lex.
Quasi gregem in medio cubilis eorum
subauditur ponam. Non solum manet auer-
sio eorum qua me auersati sunt ponentur
quasi grex in tribulatione sed postquam
tribulati fuerint et angustiati et
tempus expleuerint ponentur in requiem
hoc est in cubili suo et tunc de hominibus
commiscebuntur et transcendent humane con-
ditionis statutum et implebunt quod sequitur
exilient ex hominibus. Non solum autem illi
exilient et abibunt sed omnes ad quos
fit sermo dei et qui humana vicia re-
linquentes conuersationem diuinitatis imi-
tantur et audiunt. Ego dixi dii estis
et filii excelsi omnes exilient ex homi-
nibus et qui deseruntur ad celum. lex. Ascen-
det per diuisionem. presens locus qui juxta
lxx exordium et apostrofam elapsi prophe-
talis ad eum qui saluare cupit omnes in-
paratur ut ascendat per diuisionem. Quod
quidem manifestius fiet si de genesi sup-
serimus exemplum ubi nascuntur gemini
de thamar cum qua iudas patriarcha
concubuit. Factum est inquit cum pareret et
haberet geminos in utero in ipso partu unus
protulit manum et tulit obstetrix et
ligauit in manu eius coccinum dicens
hic egredietur prior. Cum autem contraxisset
manum statim egressus est frater eius. Et illa
ait. Quare diuisa est propter te maceria
et uocauit nomen eius phares quod in-
terpretatur diuisio. Et post hoc egressus
est frater eius in cuius manu erat cocci-
num et uocauit nomen eius zara
qui in lingua nostra dicitur semen uel ori-
ens. Ostendit gentium semen populus in quo erat
ortus et semen antequam de gentibus
ecclesia nasceretur manum suam in operibus
et postea contraxit eam audiens per ysaiam
manus vestre sanguine plene sunt. Cumque
ille contraxisset manum et a iusticie ces-
sasset operibus frater eius gentium populus egres-
sus est et propter ipsum diuisa est sepes
et destruxit dominus atque saluator ut
ille possit intrare pariete qui erat in me-
dio et maceriam duos populos separantem et

faciat unum gregem et duos cunctos in semet-
ipso in uno novo homine faciens pacem.
Unde et obscure propheticus loquens dicit
ad Phares prolem in utero: ut quid divi-
sa est propter te maceria? Si intellexeris-
ti exemplum de Genesi, ascende quo sal-
vator cunctis nequaquam per veterem populum qui
manum contractam habuit, sed per novum in quo
Christus via est in quo porta Ihesus per quem
ad patrem incedimus. Ipse enim solvit me-
dium parietem et maceriam, id est obscurita-
tem veterum prophetarum et omnes antique legis
aperuit sacramenta et dissipata in-
cedendi difficultate viam oculis omnium
revelavit ut quicumque vult pergere nullo im-
pediatur obice, nulla obscuritatis caligine
teneatur. Hec. Ante faciem eorum diviserunt
et transierunt portam et egressi sunt per eam
et exivit rex eorum ante faciem eorum, dominus
autem princeps eorum. Propterea dixi in as-
cende per divisionem quam sunt Christi cum
Christo et ea quietis que sursum sunt
quia angeli sive pater et filius et spiritus
sanctus diviserunt quod videbatur obstare
et fecerunt viam volentibus ingredi et quo
aperto itinere transierunt, iterum non solum in-
gressi sunt portam sed et transierunt per eam.
Ingressi sunt autem quia et rex eorum eandem
ingressus est portam et aperuit eis iter
ut absque ulla difficultate ingrederentur.
Ipse enim dominus et rex et pastor et
via est et porta, dicitque: Ego sum
porta, per me qui fuerit ingressus sal-
vabitur et egredietur et pascua in-
veniet. De qua porta et alibi
propheta: Hec est porta domini, iusti in-
trabunt per eam. Qui autem fuerit
ingressus non debet in eo statu quo in-
cipiat permanere sed egrediatur ad pas-
cua ut in introitu exordium sit in exeun-

do et pascua reperiendo virtutum per-
fectio. Qui ingreditur ad Christum in seculo
est et ex creaturis intelligit cre-
atorem. Qui autem egreditur transcendit
universam creaturam et omnibus que videri
possunt pro nichilo computatis invenit
pascua super celos et sermone dei
vescatur et dicat: Dominus pascit me et
nichil mihi deerit. Hoc ideo ut intel-
ligeremus evangelicum testimonium ingre-
dietur et egredietur et pascua inve-
niet. Et quod nunc dicitur per prophetam et tran-
sierunt portam et egressi sunt per eam quia
tam transitus et egressio absque Christo rege
nostro tribui non potest qui rex dominus est.
Statim quippe connectit: dominus autem prin-
ceps eorum. Et dixit: Audite princi- M 3
pes Iacob et duces domus Israel.
Numquid non vestrum est scire iudicium qui
odio habetis bonum et diligitis malum
qui violenter tollitis pelles eorum desu-
per ossibus eorum, qui comederunt carnem
populi mei et pellem eorum desuper excoria-
verunt et ossa eorum confregerunt et con-
ciderunt sicut in lebete et quasi carnem in
medio olle. Tunc clamabunt ad
dominum et non exaudiet eos et abscon-
det faciem suam ab eis in tempore illo
sicut nequiter egerunt in adinventionibus
suis. Manifeste ad versum principes
Israel sermo est et sub metaphora leo-
num sive latronum crudelitas eorum de-
scribitur quod spoliaverunt pauperes et
interfecerunt eos et carnes eorum ossaque
contriverunt et quasi in medio olle sic in
urbe Ierusalem miserabilem plebem affli-
xerunt et propterea hec inferat eis postea
supplicium in die captivitatis vel a Na-
buchodonosor vel a Vespasiano
et Tito et clament ad dominum et non

eos et carnem eorum ex ossibus +

exaudiet eos et abscondet faciem
suam ab eis qui nequiter egerunt in
sceleribus suis Lex Et dixit Audite
principes domus iacob et reliqui domus
israel Cum superioribus heret similiter Super
et dixit dominus autem princeps erit et
dixit Audite principes domus iacob
et reliqui domus israel Per reliquos domus
israel excepta lex omnes duces domus
israel intelliguntur sunt Dominus ergo qui uia
fecit dominus populo suo et egressus est ante
faciem eorum et ipse est princeps itine
ris simplicioris populi quem gregem
uocant hiis qui noluit se puniri sed
sed superbiunt et qui iudices populi ves
tigia illius non sequuntur dominantur
et dixit Audite principes domus
iacob et duces domus israel Numquid
non autem quod eos rogit audire Non
uiri est interpretis scire iudicium et non
mentiri di scire iudicium quod est quasi
abyssus multa et profundum iustitiae
eius mens pura non inuenit Aut
quomodo potest scire iudicium dei qui
odistis bonum et diligitis malum qui
detestamini sanctos pauperes et honora
tis diuites peiores Siliqua considerationis
bonorum significantia Bona non amare
parum est quoniam scelerum etiam odisse
Et econtrario mala non fugere uicium
est quoniam impietatis est etiam dili
genter inquirere Post hoc describit
seuicia iudicum et in subiectos cru
delitas Lex Diripientes pelles eo
rum ab eis et carnes eorum ab ossi
bus eorum sicut deuorauerunt car
nes populi mei et pelles ab eis ex
coriauerunt et ossa eorum confregerunt
et conciderunt Sicut carnes in
lebete et sicut carnes in olla sic cla

mabunt ad dominum et non exaudiet
eos et auertet faciem suam ab eis in
tempore illo eo quod pessime egerunt in ad
inuentionibus suis Non suffeceràt sibi
spoliasse solum gregem sed corpora quorum
eorum affluxerunt dominio ipsio et ossa con
triuerunt ut quicquid in eis forte fuerit
frigerent atque exterent Quo ergo illi
spoliauerunt populum meum et nuda
uerunt omni pulchritudine et decan
tiute et carnes et ossa miserunt in
ollam feruentem quam rex succendit as
syrius tondentes gregem meum dya
bolo et angelis eius sic et ipsi cum
uenerint dies ultionis clamabunt
ad dominum et non exaudientur quia nec
ipsi audierunt rogantes Et extendet
manus suas ad deum et deus auertet
faciem suam ab eis quia et illi auerte
runt a precantibus uultum Et hec uni
uersa patientur quia pessime egerunt in stu
diis suis et in uoluptatibus suis et non
reges fuerunt sed tyranni nec pastores sed
leones neque magistri discipulorum sed lupi
ouium et satiauerunt se carnibus
et uestiti sunt et sub pinguissima
hostia uictimas et supplicia domini pre
parant Huc usque ad principes malos
sequitur sermo aduersum pseudo prophetas
est et doctores pessimos qui populum dei
adulatione supplantant polluentes
sanctam scripturam Hec dicit dominus super
prophetas qui seducunt populum meum
qui mordent dentibus suis et predicant
pacem Et si quis non dederit in ore eorum
quippiam sanctificant super eum prelium
Propterea nox uobis pro uisione erit
et tenebre uobis pro diuinatione et
occidet sol super prophetas obtenebrabi
tur super eos dies et confundentur qui ui-

dent visiones et confundentur divini et
operient vultus suos omnes quia non est
responsum dei. Verumptamen ego repletus sum for-
titudine spiritus domini iudicio et virtute
ut annunciem iacob scelus suum et israel
peccatum suum. Textus. Hec dicit dominus super
prophetas qui seducunt populum meum et
mordent dentibus suis et predicant su-
per eum pacem et non est datum in ore
eorum et sanctificaverunt super eum prelium.
Propterea nox vobis erit in visione et
tenebre erunt vobis ex divinatione et
occumbet sol super prophetas et contenebres-
cet super eos dies et confundentur qui vi-
dent somnia et confundentur divini et
loquentur adversum eos omnes isti quia non est
qui exaudiat eos. Verumtamen ego repletus sum for-
titudine in spiritu domini et iudicium et
potentiam et annunciem iacob impietatem eius
et israel peccata sua. Legimus fuisse
pseudo prophetas in israel qui propter dona
pacem que eis data non erat predica-
bant et si quis munera non dedisset
eis cibos suos esset ira dei minabantur illi
esse venturam. Unde nunc dicitur ad eos
qui loquuntur mendacia et sermo eorum non
prophetia sed divinatio sit. Non habebunt lumen
sed tenebras et errorem. Et in contrarium
versa fuerit quod promiserant tunc operiantur
confusione quia non erit in eis responsum dei
Iam non demones amplius per artem ut eos
sua fraude decipiant muta erunt
oracula. tacebit inmundus spiritus et il-
ludere non audebit. Hoc de pseudo pro-
phetis. Respondit ordo de se ipso prophete
loquitur non induunt illis falsa vaticina-
tionibus et operiuntur confusione et ignomi-
nia ego qui loquor a spiritu sancto instruc-
tus loquor et loquor iudicium domini et
virtutem. Cumque pseudo prophete mordeant

dentibus et predicent pacem ego absque ulla
formidine annuntio iacob scelus suum
et israel peccatum suum quia vel ydola pro
deo veneratus sunt vel dei filium crucifixerunt
fixerunt. Si autem volueris iuxta lex
de hereticis accipe qui dicunt qui vere
pseudo prophete sunt et dicunt: Hec dicit
dominus et dominus non misit eos non enim
bene. Illi enim populum quondam dei eru-
dientes et hoc faciunt ut commedant
eos vel simplices in muneribus accipien-
dis vel ministre in confusione animarum eorum
et promittunt eis pacem et regna ce-
lestia et dicunt non pax est ut vi-
uas contineant et sic hereticorum fidem quam
docemus et omnia promissa domini consequeris
Contra loquentes magis adversum eos nam
domini cantant et sanctificant in illos prelium
Propterea o heretici qui putatis habere
vos prophetiam et cunctam ecclesiam
dei ubi estimatis visionem esse ibi
nox erit et ubi iactatis vaticinium
prophetale ibi spiritus loquitur inmundus
Occidet enim sol iustitie super huiusmodi
prophetas et videbunt tenebras su-
as et confundentur. Et divini magi
qui prophete fuerunt reprobati videbuntur
super somniis suis et populi qui per eos ab
eis decepti fuerant loquuntur contra eos
Tunc etiam ipsi magistri agent penitenti-
am et nemo eos exaudiet. Ego quem
offenderunt. Et quia clemens sum et nolo
mortem peccatoris sed cupio ut revertatur
et vivat tunc exaudiens eos dabo
eis virtutem spiritus mei et implebo
eos iudicio meo et fortitudine ut
qui prius populum blandimentis decipiebant
postea vos annuntiando deterreant et
ad virtutem revertentur viam et qui ad
errores fuerant impellebant mederi vol

neribus que intulerant et esse occasio-
sanitatis. Et adiunte in primo loco posse
dicere atque post peccatum si tamen victa
pristina digna penitentia luceat. Unde et
David post adulterium et homicidium lo-
quitur in psalmo Asperges me ysopo
et mundabor lavabis me et super
nivem dealbabor. Non sic tamen pecca-
te contentus est sed nisi Redde michi le-
titiam salutaris tui et spiritu principa-
li confirma me. Cum hoc feceris Docebo
iniquos vias tuas et impii
ad te convertentur. Audite hec princi-
pes domus Iacob et iudices domus
Israel qui abhominamini iudicium et omnia
recta pervertitis qui edificatis Syon in san-
guinibus et Ierusalem in iniquitate. Prin-
cipes eius in muneribus iudicabant et sa-
cerdotes in mercede docebant et prophete
eius in pecunia divinabant et super
dominum requiescebant dicentes Numquid
non deus in medio nostrum Non veniet
super nos mala. Propter hoc causa vestri Sy-
on quasi ager arabitur et Ierusalem quasi
acervus lapidum erit et mons templi in ex-
celsa silvarum. Lxx Audite hec duces
domus Iacob et reliqui domus Israel
qui abhominamini iudicium et omnia recta
pervertitis qui edificatis Syon in sanguinibus
et Ierusalem in iniquitatibus. Duces eius
in muneribus iudicabant et sacerdotes
eius in mercede respondebant et prophete eius in
pecunia divinabant et super dominum
requiescebant dicentes nonne dominus
in nobis est. Non veniet super nos
mala. Ideo propter vos Syon quasi ager
arabitur et Ierusalem ut custodia pome-
rii erit et mons domus in lucum saltus.
Nemo ambigit Ierusalem propter scelera que
in hoc capitulo describuntur fuisse subversam

Et quia supra vel ad iudices vel ad pse-
udoprophetas processerat comminatio audite
principes domus Iacob et duces domus
Israel et post paucos versiculos Hec dicit
dominus super prophetas qui seducunt populum meum
et reliqua nunc generaliter et adversum iu-
dices et adversum pseudoprophetas et contra
sacerdotes et contra eos qui sub dei nomi-
ne pollicebantur prophetales sermo texitur
et arguit eos quod propter scelera eorum Syon
quasi ager arandus sit et Ierusalem velud
acervus lapidum corruitura et mons
templi futurus in excelsa silvarum. Vi-
demus autem completum quod dicta sunt omnis eloqui-
um oculis probant prophetie teste apertissime
Hoc ipsum testimonium et in Ieremie volumine
scribitur ubi et Michee prophete fit men-
tio et Ierusalem vastitas predicitur. Iu-
dices et principes domus Iacob et domus
Israel id est duarum et decem tribuum non
solum non faciebant iudicium sed et abho-
minabantur illud et omnia recta pervertebant
ne saltem parva iustitia remaneret in ci-
vitate quam edificaverunt Syon in sangui-
nibus et Ierusalem in iniquitate rapinis
pauperum cede insontium oppressione sanctorum.
Ex si quis de principibus videbatur iudi-
care quod erat rectum vendebat more simarum
et in muneribus iudicabant. Sacerdotes
quoque non docebant populum nisi accepto pre-
cio. Et cum dicatur ad sanctos gratis accepi-
stis gratis date illi dei munus accepta
pecunia presentes gratiam domini quasi
mercede vendebant et post hec mala non
intelligentes peccatum suum quasi sceleribus
redimerent iniquitatem dei iudices et sacer-
dotes et prophetas dei esse se mentiebantur
et secundum impenitens cor suum dicebant
dominus in medio nostrum est et non veniet
super nos mala. Quia ergo non egerunt

piñaz et oĩs ꝑls sertum ē pncipiu
et sacdotu ꝑhariꝗz uicia. syō nup
q̃ ager arabit' et ihrlm sic aruus
lapidũ eit et templũ qd' pꝰ auro
argentoqz fulgebat ĩ ruinas ultias
collabetur. Hoc oĩm ꝑlm uidoz
tinꝰ ira captiuitas et extime ruine
et ꝑt' sup̃iom quidē ꝫ mr̄e ꝑter
effusionē dnĩci sãguĩs irrogatest.
Vn̄ et syon q̃i ager arata ē et ihe-
rusalē in tumlos ũsa sacroz et te-
pliũ illud quondã nobile atq sblime
ĩ extrmos cynes cōminutũ. Si qs
aũt h' que de ihrlm dicũt' et de
syon ad ecclãz trãsferat ıra ē eni
domꝰ iacob et domꝰ isrl' scdm illd
qđ in ysaia scribit' iacob puer me-
us suscipiã eũ et illud ad thimo-
theũ ut scias quõ te oportat ĩ
domo dei ũsari que ē ecclia iste
liquido puidebit qđ pncipes domꝰ
iacob et reliqui de domo isrl'. sive
ut meliꝰ ĩ hebr̃co sc̃ptũ ē iudices
domꝰ isrl' nõ sint alij n̄ ep̃i ꝓsbri
et dyaconi qui n̄ oĩ custodia ꝓ̃u
uerint cor suũ abhoiant' iudiciũ
dei et vniũsa rcã puitũt. Qñdo ei
iuxta ꝑsonã iudicãt et in discrep̃
tione negocij nõ ualz ce'ntũ sed
reoz potētia nõne abhoiant' iudi-
tiũ et oĩa rcã puitũt. Pt aũt et
alit' accipi qđ pncipes domꝰ iacob
et iudices domꝰ isrl' abhoĩent' dete-
stent' qz iudiciũ di iudic' suaz de-
clinantes et omnẽz r̃gulã sc̃ptiaz
malis interpretationibꝫ depuantes.
Isti edificãnt syon ĩ sanguinibꝰ et
ihrlm ĩ iniq̃tate. Cũ ei sc̃ptia in-
beat. ne inducas ip̃iũ ĩ tabnacilũ
iustoz et viriũ sanguiũ et dolosũ
abhominabit' dñs hi q̃sitũ de as-
sedis suis ordinãtes cleicos et vi-
tã eoz ĩ scandalũ ꝑli exponent'
rey sũt infidelitat' eoz q̃ scandali-
zant'. Vn̄ dicat' expedit homĩ
ut mola asinaia liget' in collo
eiꝰ et ꝓpiciet' ĩ ꝓfundũ eq̃ ut
scãdalizet unũ de minimis ecclie.
Citz sacdotes malachias ꝑpheta
anglos uocet et ob eoz ordinẽ
dnĩ sit sũ munez acceptiõe nõ
iudicãnt legentes uiuia excecãt
oculos etiã sapientũ et q̃i frenũ
in õe auctũt inc̃panoz. Et tũn
dicat' ad aplos nolite possidẽ
aurũ et argentũ neqz es in zo-
nis uris sit et exeuciat' de sũ
vr̃ manibꝫ etiã laboẽ ĩpm pecu-
nia uocos dei uendicãt et de co-
lumbis mĩcant' in t̃plo. Sz et p̃
phete ihrlm ĩ pecunia diuina-
bant nescientes aliud eẽ ꝑpheti-
ã aliud diuinatiõz. Nũquã eni
diuinatio ĩ sc̃pturis ĩ bona pte
accipit'. Nõ eit aũt augurium in
iacob neqz diuinatio ĩ isrl'. Vide-
bant' sibi quidē eẽ ꝑphẽ sz q̃a
pecuniã accipiebãt ꝑphetia ipoz
fcã est diuinã. Petrꝰ apostolus
argentũ inq̃ et auz non habeo.
Potiẽt utiqz symoni mago uendẽ
qđ petebat ymmo potĩt simulãe
uendentẽ. Spũc ei sc̃us n̄ uenũ
daĩ nec emi pt ꝫ oblatã pecuni
ã cũ offerente dãpnauit. Nunc
uideas ꝑphas ihrlm nõ hĩe in
ore ꝑphetiã et in dño requiescẽ
et dicẽ nõ ueniet sup nos mala
et dicẽ. Nõ uenet sup nos mala
Qñuoz rcã speculatoi'' dei hosti-
aitio diuiditur et locus quon

dam pacis mittis plenus fit et te-
pliu dni in vepres spinas conuert-
et est habitaculu bestiarum Nec quem-
quam moueat illud q in primo regno-
rum legimus libro saul volente me
ad samuele dixisse puero suo se
ad eu ire no posse qr preciu quod of-
ferret pro vaticinio no haberet et pu-
eru rndisse ecce inuenta e in manu
mea quarta pars sicli pecunie et
dabo viro dei et annunciabit nob
via nram Non eni scriptu est qt
samuel accepit aut q illi obtu-
lerint qn potius vastiunt a propha
et reuertunt ad prandiu Sz facen
accepisse stipes magis estimandu est
tabernaculi quam munia prophetie Si-
clus eni viginti obolos hz et qr-
ta pars sicli quinq sunt oboli Et nostri
tamen sacerdotes si volunt vendere propheci-
am et columbas in cathedris suis pro-
ponere quas dns subuertit flagello q
percussus accipiant quinq obolos no
pecia vellaru Hoc ipm sonat et
in 3 regnoru libro q uxor ierobo-
am infirmante filio pergit ad achi-
am hoiem dei et defert ei panes
et uuas passas et vasculu mellis
Dicit ei q scant illa portauerit
et tn no scribit prophetam accepisse
quippe cu et corripuerit ea et uen-
turu luctu predixerit Licet potuerit
hij qui ad ariolos ire consueuerit
qr multi diuini et arioli erant in
israel mala consuetudine estimasse
id ipm etia et de prophis et voluis-
se offerre suis viris q diuinis offer-
re soliti erant et tn non scriptura
narrasse q illi voluerit nec tn
intulisse qd id ipm aut offerre

ausi fuerint aut prophe acceperint A-
postolus paulus qui altari ministerium seruiunt
de altari participent et uiuant Permit-
titur tibi o sacerdos ut viuas de al-
tari non ut luxurieris Boui trituran-
ti os no concluditur Scimus ista et tn
licentia hac aplus no abutitur et ha-
bens victu vestitu contentus e sed nocte
ac die laborat manibus suis ne cui
grauis sit et uiuat in eplis suis se se
et sui auaricia in xpi euangelio conuer-
satu et non solu de se sed et de dis-
cipulis quoz suis hoc ipm asserit
q nullu inuiserit q ab ecclesijs q pos-
sit aliquid aut velit accipere Si aut
gratulatur in quibusdam eplis suis et
mittentium munera beniuolentiam
dei appellat non tn sibi congregat sed
pauperibus sctorum q erant in ihrlm Sed
aut pauperes hij erant in ihrlm q
primu in xpo crediderint de iudeis
et pulsi a parentibus et cognatis atq
ab affinibus suis tn possessiones sed
vniuersa supellectile sacerdotibus templi
ac populo vastante perdiderint Si tales
pauperes sunt accipiant si aut sub
occasione pauperum pauce ditantur
domus et in vitro ac vase fictili aure-
comeditur aut cu thezauris mu-
temus et vestes aut pauperis habitus
non querant diuitias senatus Nec
prodest ena collu ad abstergendos
sudores lintheolu no habere Quid
iuuat ee monachum nos et perfic-
hitu paupertate cu marsupiu nostrum
vniuersa pauperum turba suspiret
Propter hoc cu mi tales sunt q
fuerunt syon edificamus in sanguine
et ihrlm in iniquitate qui iudicamus
in muneribus q in muneribus iudicemus

qui in pecunia divinant et super
hoc fecerant nobis simoniam vendi-
tantes dicimus non venient super nos
mala. Audiamus sententiam domini que sequitur
Syon et ierusalem et mons templi spe-
culatorium et visio pacis et templum christi
in consummatione et in fine quando instruxit
caritas et vera fides fides fuerit quasi
ager arabitur et redigetur in tumu-
los et erit in excelsa silvarum sicut in
custodiam pomorum ut ubi ample
quondam domus erant et absque numero
acervi frugum ibi vix parva sit ca-
sula fuanis speciem olivarum refrigera-
ante non habentium.

Capitulum 4m

Et erit in novissimo
dierum mons domus domini preparatus in ver-
tice montium et sublimis super colles
et fluent ad eum populi et properabunt
gentes multe et dicent Venite as-
cendamus ad montem domini et ad do-
mum dei iacob et docebit nos de
viis suis et ibimus in semitis eius
quia de syon egredietur lex et verbum domini
de ierusalem et iudicabit inter populos
multos et corripiet gentes fortes
usque in longinquum. Et concident gla-
dios suos in vomeres et hastas suas
in ligones. Non sumet gens adversum
gentem gladium et non discent ultra
belligerare. Et sedebit vir subtus
vineam suam et subtus ficum suam et
non erit qui exterreat quia os domini exer-
cituum locutum est. Quia omnes populi
ambulabunt unusquisque in nomine dei
sui nos autem ambulabimus in nomine
domini dei nostri in eternum et ultra. In
illa die dicit dominus congregabo claudi-
cantem et eam quam eieceram colligam
et quam afflixeram et ponam claudi-
cantem in reliquias et eam que labora-
verat in gentem robustam et regna-
bit dominus super eos in monte syon ex
hoc nunc et usque in eternum. / lxx Et erit
in novissimo dierum manifestus mons
domini preparatus super vertices montium et e-
levabitur super colles et festinabunt
ad eum populi et ibunt gentes multe
et dicent Venite ascendamus in mon-
tem domini et ad domum dei iacob et
ostendet nobis viam suam et ambula-
bimus in semitis eius quia de syon exi-
et lex et verbum domini de ierusalem et
iudicabit inter populos multos et
arguet gentes fortes usque in lon-
ginquum. Et concident gladios suos
in aratra et hastas suas in falces
et ultra non tollet gens contra gentem
gladium et nequaquam discent belligera-
re et requiescet unusquisque sub vite sua
et unusquisque sub ficu sua et non erit
qui exterreat quia os domini omnipotentis lo-
cutum est hec quia omnes populi ibunt
unusquisque in via sua nos autem
ibimus in nomine domini dei nostri in eternum
et ultra. In die illa dicit dominus con-
gregabo eam que contrita est et quam eiec-
ta fuerat suscipiam et quos repulerant
et ponam contritam in reliquias et repulsam
in gentem fortem et regnabit dominus
super eos in monte syon ex hoc nunc
et usque in seculum. // Quia principes
iudeorum abhominati sunt iudicium et
omnia recta perverterant et edificaverant
syon in sanguinibus et ierusalem in iniqui-
tate et non solum hoc fecerant ver-
um in muneribus quorum iudicaverant et
sacerdotes ierusalem in mercede respondebant
et prophete eius in pecunia divinave-
runt et propter eos syon quasi ager
aratus vel ta erat et ierusalem in tu-

mulos lapidum corruerat et mons
templi desolatus in excelsa siluarum
ideo nunc derelicta domus eorum atque de-
serta quam filius dei egrediens de templo
ait Surgite eamus hinc et relinque-
tur vobis domus vestra deserta angeli quo-
que iosepho referente dixerunt transeamus
ex hiis sedibus Preparatus in monte syon mons
domini eleuatus est de quo ad princi-
pem tyri dicitur et vulneratus es a
monte domini Iste autem mons domini
in nouissimo dierum ostensus est quando
appropinquauit regnum celorum Siquidem
in consummatione seculorum in reprobationem peccati
per hostiam suam saluator noster apparuit
et undecima hora ad conducendos
venit operarios et completa in passione
iohannes loquitur nouissima hora est
In sex milibus enim annis si quingen-
tenum anni per horas diei singulas
diuidantur nouissima hora consequitur
dicetur tempus fidei gentium Et mani-
festus inquit erit mons domini preparatus
super vertice moncium Manifestus erit
qui ante fuerat occultus et preparatus
non solum in montibus sed et super ver-
tices moncium Moysen et prophetas
qui de eo vaticinati sunt licet
enim omnes conspexerunt tamen ad comparatio-
nem prophetie in qua de saluatoris ad
uentu prophetauerunt humilia sunt certa
et nequaquam usque ad verticem moncium
peruenientia Et exaltabitur inquit
super colles Homo quidem apparuit
et formam serui accepit humiliatus
usque ad mortem et mortem crucis sed
exaltauit eum pater et dedit ei no-
men super omne nomen et ad consuli-
one illius vniuersa vita hominis compa-
rata tempori dicitur et valles Ad hunc

igitur montem qui preparatus est super verticem
moncium et exaltatus super colles festi-
nabunt siue ut in hebreo habetur fluent
omnes populi et in morem fluuiorum turbe
innumerabiles congregabuntur Festinabunt autem
populi qui in eum preter crediderint parthi
medi elamite habitantes mesopota-
miam iudeam cappadociam pontum et
asiam phrigiam et pamphiliam egi-
ptum et partes libie que est circa cyrenem
et aduene romani iudei et proseliti
cretes et arabes Omnes nobis festi-
nasse videntur ad montem quibus
dictum est sequimini me et faciam vos pis-
catores hominum et primus secuti sunt sal-
uatorem Rursumque de iacobo et iohanne
scriptura refert quod relicta naui et
patre et fluctibus seculi festinauerint
ad montem et matheus publicanus
audiens sequere me statim cucurrerit
Sed et illud in euangelio quod secute
sunt eum turbe multe de galilea et
decapoli et iherosolimis et iudea et
transiordanem et curauit eas festinan-
tes populos probat Populis autem festina-
tibus gentes autem plurime ibunt ad ...
montem totus scilicet orbis in eum credens
et dicent ad vexillum se paruuli
mutuo prouocantes venite ascendamus
ad montem domini Ascensione opus est
ut quis ad christum valeat peruenire
Et ad domum dei iacob ecclesiam que est
domus dei columpna et firmamentum
veritatis Porro quod iacob saluatorem
significet et super dixerim iacob puer
meus suscipiam eum Sed et hoc dicet
ad eos quibus locuti fuerant vel erunt
venite ascendamus in montem domini
et in domum dei iacob et addent
ut ostendat nobis viam suam quia vel

in angelis intellige ecclesiis presidenti-
bus uel in scripturis sanctis que ostendunt viam
domini eius qui dicit ego sum via Et am-
bulemus in semitis eius in apostolis per quos
credidimus in christum De syon enim egressa
est spiritualis lex et ad gentes transiuit
sermo dei de ierusalem Qui iudicabit in-
ter populos multos Pater enim omne iudicium
dedit filio Et corripiet fortes gentes
usque in longinquum Dominus enim apprehendet
uel dissipat sapientes in astutia eorum et no-
uit cogitationes sapientium quia sunt vane
Diiudicat autem inter populos qui salute
digni sunt qui indigni et in eius aduen-
tu omne bellandi studium conuertitur ad
pacem In aratra gladii mutabuntur
haste uertentur in falces gens desinet
contra gentem Nemo pugnare discet pug-
nandi necessitate deposita tantaque erit
requies ut non solum in urbibus sed in uica-
lis quoque et in agris sit uniuersalis securitas
et hoc fiet quia os domini locutum est Ante
principium quidem usque lucem ante ~~[illegible]~~ nasce-
retur nobis puer cuius principatus in humero
eius totus orbis plenus erat sanguine
populi contra populos reges contra reges gens
dimicabat aduersus gentem Denique ipsa
romana res publica bellis ciuilibus
lacerabatur cinna et octauio et car-
bone pugnantibus Silla et mario
et antonino et catilina cesare et
gneo pompeio augusto et bruto
eodem augusto et antonio in quorum pre-
liis romana sanguine regna fluxerunt
uel ruunt Postquam autem ad imperium christi
singulare imperium Roma sortita est
apostolorum uero principibus factus est orbis
et aperte sunt eis porte urbium et ad pre-
dicationem unius dei singulare imperium
constitutum est Post hoc quoque quod dicit conciderunt

gladios suos in aratra et hastas
suas in falces et tropologice accipi-
ut dicamus ad fidem christi iam effre-
nata conuicia esse deposita ut mittat
unusquisque manum super aratrum et non
respiciat post tergum contra [illegible]
iacula hastasque confringens fructus
mente capiat spirituales ut laborati-
bus aliis nos introeamus in labores eorum
et dicatur de nobis uenientes autem uene-
runt in exultatione portantes manipu-
los suos Nunc nemo pugnat aduer-
sus alium quia legimus beati pacifici
Nemo discit contendere in subuersione
audientium sed post silentium ori suo et
tacet quia tempus malum est et requiescat
unusquisque sub uite sua ut premat
uinum quod exhilarat cor hominis sub ui-
te illa cuius agricola pater est et sub
ficu sua dulcia spiritus sancti poma de-
cerpens caritatem gaudium pacem et re-
liqua Hec autem omnia accident secundum
utramque expositionem quia uerba domini sunt uera
et eius dixisse fecisse est Omnes po-
puli ibunt unusquisque in via sua
nos uero ambulabimus in nomine
domini dei nostri in eternum et ultra Cuncte
nationibus relinquunt cunctibus uiuere errore
suum nos qui festinamus ad montem
domini et diximus Venite et ascendamus
in montem domini et domum dei iacob
ambulabimus in nomine christi dei nostri
quia ipse est et homo et deus In die
illa in qua lucebit sol iustitie con-
gregabit illa que fuerat ante contrita
et que expulsa erat suscipiet et
ad hoc congregabit contrita ut ponat
in reliquias et delicta in gentem
fortem Nisi enim dominus sabaoth reliquis-
set nobis semen quasi sodoma essemus

iram

et quasi gomorra similes fuissem(us)
Sz et iuxta hebraicu(m) pulchre con-
gregabo inquit claudicante(m) eam
que male ambulaverat et ad q(ua)m
hebreus dixerat usq(ue) quo claudica-
tis cui(us) pes scandalizat(us) fuerat
abscisus qua(m) eiecera(m) et cui de-
dera(m) libellu(m) repudii colliga(m) et
qua(m) afflixera(m) captiuitatib(us) vari-
is u(e)l tradidera(m) dyabolo et a(n)g(e)lis
eius Ac ne statim nob(is) diligens
lector opponat quo(modo) co(n)gregata(m) asse-
ris claudicante(m) et colligam(us) ea(m) que
fuera(t) eiecta cu(m) iudei i(n) infidelita-
te p(er)maneant. audiat de p(ri)ma
xp(ist)i dei ecclia que credidit ex
iudeis de qua fuerunt et ap(osto)li sup(er)
qua scribit lucas i(n) actis ap(osto)loru(m)
q(uod) i(n) una die crediderit tria milia
et alia qui(n)q(ue) milia et de quib(us) ia-
cobus loquit(ur) ad paulu(m) Vides
frat(er) paule q(uan)ta milia sint de iu-
deis credentiu(m) et om(ne)s hii emula-
tores legis sunt Sz et signu(m) ani(m)
co(n)sidera p(ro)phetale Non dixit clau-
dicante(m) tota(m) saluanda(m) s(ed) pona(m)
claudicante(m) i(n) reliq(ui)as ut reliquie
et elec(t)o(rum) salue fiant et ea(m) que labo-
rauerat in gente(m) robusta(m) in no(stra)
videlicet xp(ist)ianu(m) quod no(n) gladi-
us no(n) ignis no(n) tormenta sup(er)a-
bu(n)t Vide fide(m) et passione(m) mar-
tiru(m) et de robusta gente no(n) am-
biges Et regnabit d(omin)us sup(er) eos
i(d est) sup(er) gentes multas et sup(er) reli-
quias claudicantis In monte syo(n)
i(d est) ecclia i(n) specula i(n) co(n)templatio(n)e i(n)tu-
tu a p(rese)nti s(ecu)lo et us(que) in futuru(m)
Sz quis a(utem) uoluit hoc q(uod) dicit(ur)
co(n)gregabo eam que co(n)tricta fuit u(e)l int(er)

et reiecta(m) suscipia(m) et cet(era) de a(n)i(m)a
humana intelligere q(uo)d a(n)te aduen-
tu(m) xp(ist)i uariis passio(n)ib(us) uiciis s(er)-
uierit et q(ua)si e(r)ronea et morbida o-
uis luporu(m) fuerat laniata morsib(us)
non errabit du(m) ta(men) co(n)uenerit ea(m) que
co(n)tricta fuerit et afflicta sub d(omi)no pos-
tea regno futura(m) et victura(m) in syon
et ad p(ri)stinu(m) monte(m) boni pastoris hu-
meris reportanda(m) Sciendu(m) quoq(ue) et
hoc capitulu(m) q(uod) nu(n)c exposui(mus) et huic
si(mi)le de ysaia iudeos et eoru(m) errores he-
redes ad mille annoru(m) referre imp(er)iu(m)
xp(ist)i atq(ue) et sanctoru(m) et illud q(uod) dicit(ur)
om(ne)s p(o)p(u)li ambulabu(n)t unusquisq(ue)
i(n) no(m)i(n)e d(omi)ni dei sui ita int(er)p(re)ta(n)t. una-
queq(ue) gens cu(m) suo co(n)q(ue)bitur ydolo
et mittetur in gehenna(m) Sz ex co(n)-
seq(ue)ntib(us) arguunt(ur) no(n) dici de fine s(e)c(u)lo-
ru(m) s(ed) de p(ri)mo aduentu xp(ist)i in quo
colligunt(ur) reliquie claudicantis et
gentes a(nte) saluant(ur) legit(ur) ysaias ysi-
mo(n) posuit tercio(m) Sermo q(ui) fact(us)
est ad ysaia(m) filiu(m) amos de iudea et
de ih(erusa)l(e)m q(uod) erit i(n) nouissi(m)is diebus
manifest(us) mons d(omi)ni et dom(us) dei
sup(er) su(m)mitates mo(n)tiu(m) et exaltabit(ur)
sup(er) colles et veniet ad eu(m) om(ne)s ge(n)tes
et ibu(n)t nac(i)o(n)es mult(e) et dice(n)t venite et
ascenda(mus) i(n) mo(n)te(m) d(omi)ni et i(n) domu(m) d(e)i ia-
cob et annu(n)ciab(it) nob(is) uia(m) suam et ambu-
labim(us) i(n) ea De syon exiet lex et ser-
mo d(omi)ni de ih(e)r(usa)l(e)m et iudicab(it) i(n)t(er) ge(n)tes
multas et arguet p(o)p(u)los plu(ri)m(os) et con-
cident gladios suos i(n) aratra et zy-
binnas suas i(n) falces et no(n) sumet
gens co(n)tra gente(m) gladiu(m) et no(n) discet
ult(r)a belligerare Significanter (igitur) h(ic)
dicit(ur) q(uod) s(er)mo dei egrediens de ih(e)r(usa)l(e)m
iudicat int(er) gentes multas et arguat

ppric pollin uideor. Nos enim quasi
pictores iuxta mensuram operum mercedum
iudicabit illos non ut ignauos et negli-
gentes non iudicabit sed arguet condempnatos

Explicit primus lib. Incipit secundus liber
beati Ieronimi presbiteri in
Micheam prophetam

[E]tenim inuidie
uidens quod non
cessat inuidia et liuor meorum cotti-
dia emulorum maledicta consultant qui
uulgo iactitant me stilis ieiunique
sermonis quasdam ineptias scribere et qui
loqui nesciam tacere non posse. Itaque obse-
cro uos paula et eustochium ut ad
huiusmodi latratum claudatis aures
et infamiam ut dicitur meam orationibus ad-
iuuantes in psalmis mihi uirtutem aplius ad-
apertione oris mei et de scripturis loqui
possit aptam. Dominus dabit uerbum eua-
gelizanti uirtute multa. Moneat
tauros pingues qui circumdederunt me ut
quiescant et desinant maledicere ma-
lestia ne noscant sua que presentur
post si peragunt legere illa quod dicunt origi-
nis me uolumina compilare et contami-
nari non decere scripta ueterum quod illi ma-
ledictum uehementer existimant ea
laudem ego ducio maximam cum illum
imitari uolo quem cunctis prudentibus et uobis
placet. Si enim ennius est gregorum? bene
dicta transferre attulisse ennius et
maro plautus cecilius et terentius tul-
lius quoque et ceteri eloquentes uiri qui non
solum uersus et multa capita et longissi-
mos libros ac fabulas integras tran-
stulerunt. Sed et hylarius noster fecit reg-
sit quod in psalmos quadringenta ferme mi-
lia uersuum super dictum origenis ad sensum
uerterit. Maiorum omnium emulari exeplo

negligentiam potius quam istorum obscu-
ram diligentiam. Verum iam tempus est alter-
um in micheam librum cudere et in nascentia
hydre capita palo extingwere? in psalmo
li. Et tu turris gregis nebulosa fi-
lie syon usque ad te ueniet et ueniet
potestas prima regnum filie ierusalem. Nunc
quare merore contraheris numquid
rex non est tibi. Aut consiliarius tuus periit
quia comprehendit te dolor sicut parturien-
tem. Lxx. Et tu turris gregis squa-
ligosa filia syon ad te ueniet et
ingredietur principatus primus regnum de
babilone filie ierusalem. Et nunc quare
cognouisti mala. Numquid rex non
erat tibi. Aut consilium tuum periit
quia obtinuerunt te dolores sicut parien-
tem. Turrem gregis nebulosam
siue squalentem quod hebraice dicitur
ofel nullam aliam debemus accipere nisi
illam de qua ysaias ait et edificaui
in turrim in medio eius. i. uinee. Vinee
a autem domini domus est israel. Hec turris
quamdiu habet torcular. i. altare et in-
cruitu materiam auxilia uidelicet
angelorum et non ingreditur dyabolus
aper in uineam. Vinea non est squali-
da non tenebrosa sed a domino lucente
sortita nobulum appellatur ciuitas
que in monte sita latere non potest. Tur-
ris gregis quondam gregis et populi dei quia
pessimum colonum intulerunt pro fabrica
lie filium nunc squalida est et desti-
tuta et sub nomine arihel clamat
de terra in ysaia et hec turris filia
est syon siue ut symachus uertit in
grecum ipsa est filia syon. Et usque ad
hanc ueniet deus uel potestas prima que
potestas est regnum filie ierusalem. Venit
autem ad hanc turrim prima potestas

siue principatus primus ille qui dicit
ego sum alpha et o principium et finis
primus et nouissimus et ex qui ex prosopo
assumpti hominis ait in prouerbiis dominus cre-
auit me in principio uiarum suarum in opera
sua siue ut in hebreo scribitur dominus
possedit me cananim et non creauit
me sed possedit me habuitque significat
Et ueniet potestas prima et regnum fi-
lie ierusalem ut post prima fiet et scla
scdi Sicut enim ipse loquitur confidenter
ego sum lux mundi ita et discipulis
suis donat ut ipsi quoque lux uocentur
mundi Dicitque ad eos uos estis
lux mundi Sed et uinea nempe se
in euangelio nominis de credentibus
loquitur per ihemiam ego autem plan-
taui te uineam fructiferam totam ueram
et cum sit panis uiuens de celo des-
cendens discipulis dedit ut appel-
lentur panis Unde et paulus loquitur
confidenter omnes enim unus panis sumus
In hunc ergo modum ingreditur potestas pri-
ma et regnum in ierusalem ut credentes
in ea potestatem sciant et regnum Porro
in quibusdam libris legitur et ingre-
dietur principatus primus regnum filie
syon de babilone sciamusque additum
esse de babilone quia nec in hebreo
nec apud alios habetur interpretes et
uidetur in quandam de captiuitate sen-
sisse babiloniam quia populus inde egre-
diens uenit ierusalem Sequitur Et nunc
quare merore contereris siue ut in lxx
scriptum est et nunc quare contraxisti mala
Ad quam uenturus inquit est dominus
et potestas prima et regnum quare ut mero-
re contereris aut quare contraxisti mala
statimque inducit et dicit quare rex non
est tibi et consiliarius tuus periit quia compre-

hendit te dolor sicut parturientem Aut
certe cum hec omnia habeas in uocatione uestra re-
gem et consiliarii nescis auxilium
Quod autem ait quare contraxisti mala
illo sensu accipiendum quia omnis qui meretur
et patitur mala dicitur nosse mala
et ignorare bona iuxta illud quod in primo
quoque regnorum libro scriptum est Filii he-
li filii pestilentie non cognouerant dominum
et alibi Qui custodit mandatum
nesciat uerbum malum et ad peccatores
Recedite inquit dominus a me qui operamini
iniquitatem nescio uos E contrario de
domino qui cum non cognouisset peccatum pro nobis
eum peccatum fecit subaudit deus pater
Rex autem et magni consilii angelus salua-
tor intelligitur quod perit populo non creden-
ti quem comprehenderunt dolores sicut par-
turientem Putauit enim israhel obtine-
re imperium repente uastatus est et quo-
modo pariens dolorem effugere non po-
test sic ille imminentem captiuitatem et eua-
sum urbi excidium uitare et differre
non potuit Legamus scripturas et in-
ueniemus sanctas mulieres cum dolo-
re peperisse excepta rachel que que
in uia erat et hyppodromo et in egip-
tum qui in egipto uenundatur filium
peperit doloris quem postea uocari pa-
ter filium dextere Eua eiecta de paradyso
et audiens in doloribus pariens peperisse
scribitur in dolore Uxor finees contrac-
ta uel se erigens sicut illa quam in
euangelio dyabolus alligauerat peperit
postumum capta archa dei populique ag-
nomine Sara autem que sterilis erat et de-
fecerant ei muliebria nato ysaac
dicit risum michi fecit dominus quicumque ei
audierit congratulabitur mihi Dolores que-
cumque obtinuerint tamen ut parturientis dolores

regnauit

misei sunt et dolores mortis qui circu-
dederunt quidem et vallauerunt etiam sal-
uatorem sed nequaquam eum obtinere potuerunt
sicut ipse loquitur in psalmo septimo decimo
circumdederunt me dolores mortis et tor-
rentes iniquitatis conturbauerunt me et do-
lores inferni vallauerunt me. Ciuitatem
putat tunc squalentem sed tenebrosam
et filiam ierusalem de celesti ierusalem intelligit
que est mater nostra de qua et apostolus ait
accessistis ad syon montem et ciuita-
tem dei uiuentis ierusalem celestem que tam-
diu squaleat quamdiu non reducuntur
ad eam filii sui et rex et consiliarius non
sit enim in ea et dolores apprehendit illam
sicut parturientem quia frustra peperit vi-
dens tantos filios interfectos. Dole et
satage filia syon quasi parturiens quia
nunc egredieris de ciuitate et habitabis
in regione et venies usque ad babylonem
ibi liberaberis ibi redimet te dominus de
manu inimicorum tuorum. lex. Dole et
viriliter age filia syon quasi pariens quia nunc
egredieris de ciuitate et habitabis in campo
et venies usque ad babylonem inde li-
berabit te et inde redimet te dominus de-
us tuus de manu inimicorum tuorum. Ciu
precipitur ut doleat siue ut parturiat
et postea infert viriliter age non
frustra precipitur sed ut dolores patien-
ter ferens egrediatur de ciuitate et
habitet in campo siue in regione et veniat
usque ad babylonem et cum pro peccato susti-
nens captiuitatem fortiter tulerit quia illa-
tum est tunc liberet eam dominus et redimat
eam deus suus de manu inimicorum
suorum ut postquam fuerit liberata ad in-
sultantes dicat inimicos Noli insul-
tare mihi inimica mea quia cecidi et re-
surgam. Cum si enim ambulauero in

tenebris dominus lux mea est. Iram domini
sustinebo quoniam peccaui ei donec iu-
stificet causam meam et faciat iudicium
meum et educat me in lucem. Videbo
iustitiam eius et aspiciet inimica mea
et operietur ignominia. Unde et in psal-
mis compia nocte manet non in perpetuum
nascetur nec in eternum comminabitur deus.
Qui autem dolet et viriliter agit ad sa-
lutem pertineat dolentis et agentis viri-
liter quorum filius naue testis est au-
diat deus confortare et viriliter age uehe-
menter. Dolet autem et agit viriliter fi-
lia syon quia exulnata et inde egre-
ssa est de ciuitate et captiua du-
cenda est in campum sennaar et fu-
tura in babilone donec zorobabel
veniat et esdras qui instaurat ad-
iutorio et liberet eam de manu chalde-
orum. Cum enim in littera manifestum sit
intellige in et animam post peccatum pul-
sam de ecclesia et traditam inimicis
ultori in initium carnis ut spiritus sal-
uus fiat exire de ciuitate quam fluminis
impetus letificat et habitare non in mon-
te in quo prius fuerat sed in campo in quo
assyriorum vagatur exercitus et esse in con-
fusione vitiorum et postquam habuerit con-
pedes traxerit molam farinam babilo-
nis fecerit in senium reuersam dicere quanti
mercennarii patris mei saturantur
panibus et ego hic fame pereo et ad
pristinam domum reuertentem suscipi a de-
mentissimo patre et redimi de manu du-
rissimi domini. Notas ex^m ut qui in-
perat filie syon dole et viriliter age
quasi parturiens non ad penam sed ad uti-
litatem illius referamus. Loquitur paulus
ad galathas Filioli mei quos iterum
parturio donec christus formetur in vobis

et tamdiu doluit tamdiu parturivit
donec eos rursum per penitentiam generaret
qui perierunt per delictum. Puta me-
dicum vel febricitantem vel voluntate di-
re dole et vilis age sustine sitim
porta curaverunt ut citior sanitas
consequatur. Et nunc congregate sunt super te
gentes multe que dicunt lapidetur
et aspiciat in syon oculus noster. Ipsi
autem non cognoverunt cogitationes domini
et non intellexerunt consilium eius quia
congregavit eos quasi fenum aree. Surge
et tritura filia syon quia cornu tuum
ponam ferreum et ungulas tuas ponam
ereas et comminues populos multos et
interficies domino rapinas eorum et for-
titudinem eorum domino universe terre. Lxx
Et nunc congregate sunt super te gentes
multe dicentium insultemus et videat
in syon oculi nostri. Ipsi autem nescierunt
cogitationem domini et non intellexerunt
consilium eius quia congregavit eos ut mani-
pulos aree. Surge et tritura eos
filia syon quia cornua tua ponam ferrea
et ungulas tuas ponam ereas et com-
minues populos multos et movebis
domino multitudinem eorum et robur eorum domino
universe terre. O iherusalem filia syon que
venies usque ad babilonem et ibi libe-
beris et redimet te dominus de manu
inimicorum tuorum nunc autem interim congrega-
te sunt super te gentes multe que quasi de
adultera loquuntur et dicunt lapidetur
et aspiciat in ea ea oculus noster sive
ut in lxx scriptum est insultemus et gaude-
amus et despiciat super syon oculi nostri
et non cognoverunt domini voluntatem
atque consilium. Itaque ipsum adversum te
congregate sunt nationes ut conteras eas quasi
fenum vel stipulam aree. Surge igitur filia
syon et in cornibus ferreis que tibi
dare me spondeo atque in ungulis ereis
quas acceptura es ventila et contere
populos et interfice eos domino universe terre.
Tali et victima et tali sacrificio delectatur.
Hoc iudei nondum expleta contendentes in
futuro sibi christi pollicentur adventum
et dicunt universas nationes iudaico
populo serviturus regnum imperii romanorum.
Et quod sub nomine interpretantur eos contendi
et ungulis suis et cornibus ventila-
dum. Quod quam stultum sit et omnibus
sapientibus facile comprobatur. Sed hoc alterius
operis est. Nos ergo qui sequimur non occidentem
litteram sed spiritum vivificantem dicimus quod adi-
sit filia syon que interpretatur ecclesia mul-
tas nationes demonum congregari et in
primo seculo quia in maligno positum est insul-
tare confessioni filiorum eius nescientes co-
gitationes domini nec intelligentibus consilium eius.
Si enim cognovissent numquam dominum maie-
statis crucifixissent. Congregavit itaque
eos quasi manipulos aree ut quasi spino-
sum hec videbantur et asperum varium(?)que
et leve ungula sua conterat et cornibus
ventilet et purum inanes frumentum
in domini offeratur donaria. Ecce significatur
et in eo quod ait et comminues populos
multos et consecrabis domino multitudinem eorum
et robur eorum domino universe terre. Legimus
iudeos et iherusalem navem et primum regnorum
librum et videbimus quomodo de subiectis gen-
tibus cum universa perierunt in ore gladii
aurum et argentum et cetera de hominibus que
quasi de urbibus et certis partibus domino
consecratum sit. Denique et achan qui de a-
nathemate iherico aliquid est furatus
conturbavit populum et ex propterea valli no-
men impositum est emechor id est vallis
tumultus sive turbarum. Porro autem sciamus

iuxta lxx interpretes qui dixerunt consecrabis domino multitudinem eorum et robur eorum domino universe terre in bona parte debemus accipere consecrationem. theodotio quoque multitudine munia transtulit. quinta editio emolumentum id est symmachus lucrum. Nunc vastaberis filia latronis obsidionem posuerunt super nos in virga percutient maxillam iudicis israel. lxx. Nunc obstruetur filia obstructione. angustiam posuit super nos in virga percutient super maxillam tribus israel. Illo quo tribus percutiat maxillam alterius sed quo alii percutiant tribus israel in maxillam. Pollicitus quidem tibi sum o filia syon quod veniret tempus quo cornu tuum ponam ferreum et ungulas tuas ereas. ut comminuas demonum multitudinem offerasque que illi ante possederant domino universe terre. Sed quia hoc tuis futurum est qui subintraverit plenitudo gentium et omnis israel salvus fieret. nunc interim vastaberis meritis tuis sive ut in hebreo scriptum est. Nec [illegible] et iuxta apostolum vocaris [illegible] o [illegible] te appello filiam meam sed filiam latronis quod hebraice dicitur gedud id est dyaboli ad predandum semper accincti. Fecisti enim domum meam speluncam latronum. repugnasti adversum me et filii tui obsidionem posuerunt super me et super filium et spiritum sanctum. An non contumelia tibi tanta est quod in virga et in calamo facientes(?) te percussere romani caput iudicis israel dicentes. divina nobis xpe quis te percusserit. sive quod unus de ministris tuis percussit eum in maxillam dicens sic respondes pontifici. Hoc iuxta hebraicum tam interpretationi aquila et symmachus et theodotio et quinta editio consentiunt iuxta lxx autem multum aliter est sensus et quasi a xpo intelligitur exordio. Nunc obstruetur synagoga obstructione. et dicent quod in ea clausi fuerint angustiam posuit super nos et romanis principibus subdite percutient in maxilla tribus israel. Abstulit enim dominus de iudea et ierusalem fortem et validum et sapientem architectum et intelligentem auditorem. et vie eius usque hodie clause sunt et obsepte nec potest egredi de captivitate sed durissimo premitur imperio. Si autem voluerimus iuxta superiorem sensum de ecclesia dictum accipere nunc obstruetur filia obstructione. illud de osee propheta nimis exemplum in quo adultera loquitur vadam post amatores meos qui dabant mihi panes meos et aquam meam et vestimentum meum et lintheamina mea oleum meum et omnia que mihi prosunt et postea deus volens impedire cogitationes pessimas non eam sinit implere quod desiderat sed obstruit vias eius ne consequatur amatores suos et apostolus fornicetur. ait quippe Propterea ecce ego obstruam viam eius in sudibus et obsepiam vias eius et semitam eius non inveniet et persequetur amatores suos et non apprehendet eos et queret eos et non inveniet eos et dicet vadam et revertar ad virum meum priorem quia bene mihi erat tunc quam nunc opus domini perfecisse. Adultera enim non inveniens viam suam nec valens perficere quod volebat necessitate revertitur ad maritum et confitetur melius sibi in domo viri esse quam quondam apud amatores suos fuit. Tribulationibus et plagis erudit israel. Unde et david sub typo xpi ministerii(?) dicitur. Si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint. si iustitias meas prophana-

uerint et precepta mea non custo-
dierint visitabo in uirga iniquitates eorum
et in flagellis peccata eorum misericordiam autem
meam non dispergam ab eo. Tribulationem
quam posuit deus super filiam israel et per-
cutient eam angelis quos plagis imposuit et
in maxilla. Ac ne forte nescires que
esset filia que obstruitur obsidione et po-
nitur in angustia statim infert tribus
israel. Nos autem sumus israel qui men-
te cernimus deum ad quorum distinctione-
nem loquitur apostolus uidete israel secundum
carnem. Utique et nomine carnem israel
non fuerit esse spiritualem. Et tu bethleem
ephrata paruulus es in milibus iuda
ex te michi egredietur qui sit dominator
in israel et egressus eius ab initio
a diebus eternitatis. Lxx. Et tu beth-
leem domus ephrata minimus es
ut sis in milibus iuda ex te mihi egre-
dietur ut sit in principem israel et egre-
ssus eius ab initio ex diebus seculi.
In euangelio secundum matheum cum
magi de oriente uenissent et herodes
a scribis quereret ubi nasceretur christus sic
respondisse narratur. Et tu bethleem terra
iuda nequaquam minima es in ducibus
iuda ex te enim egredietur dux qui reget
populum meum israel. Quod testimonium nec
hebraico nec lxx interpretibus conuenire
me quoque tacente perspicuum est. Et
arbitror matheum uoluisse arguere
scribarum et sacerdotum negligentiam erga
diuine scripture lectionem sic posuisse
ut ab eis dictum est. Sunt autem qui as-
serunt in omnibus pene testimoniis que
sumuntur de ueteri testamento istiusmodi esse er-
rorem ut aut ordo mutetur aut uerba et
interdum sensus quoque ipse diuersus sit
uel apostolis uel euangelistis non ex libro

carpentibus testimonia sed memorie cre-
dentibus que nonnumquam fallitur. Exponimus
quod hebraice Et tu bethleem id est domus
panis que nominaris ephrata minima
quidem es in ciuitatibus iuda et tantum
milibus separata uix paruus es uiculus
sed ex hoc paruo uiculo egredietur christus
qui est dominator in israel. Ac ne putes
eum de genere esse tantum dauid cum sump-
sit dicens de fructu uentris tui ponam
super sedem tuam uel meam carnis assum-
ptio diuine non impedit maiesta-
ti. De me enim natus ante omnia secula
est et temporum conditor non tenetur in tempore.
Ipse est cui et in alio psalmo dixi
ante luciferum genui te. In principio enim
erat uerbum et uerbum erat apud deum
et deus erat uerbum hoc est in principio
apud deum et ideo egressus eius ab initio
a diebus eternitatis. Ceterum autem bethleem
ipsa sit que et ephrata liber genese-
os testis est in quo scriptura commemo-
rat mortua est rachel et sepul-
ta in uia ephrata hoc est bethleem
et in utroque nomine significat sacramentum. Domus
enim panis dicitur bethleem propter panem
uiuum qui de celo descendit. Ephrata
quod interpretatur frugifera et hoc propter hero-
dis insaniam quia illusus a magis
iratus est ualde et mittens occidit
uniuersos pueros in bethleem et in omnibus
finibus eius a bimatu et deorsum secundum
tempus quod didicerat a magis et propter plu-
rimum sanguinem audita est uox in
excelso planctus et ululatus Ra-
chel flentis liberos suos. Legimus
iuxta lxx dumtaxat interpretes in ihesu
naue ubi tribus iude urbes et oppi-
da describuntur inter cetera etiam hoc scrip-
tum et ephratam hoc est bethleem

et fagor et ethan et taulon et dathan
et sores et torem et salim et tether
et manacho ciuitatibus iudeam et uicula
eorum quae nec in hebraico nec apud alium
inuenimus interpretem. Et siue de ueteribus
libris excerpsit sicut maliciam iudeorum ne
christum de tribu iuda ortum uideret siue a
lxx additum nequaquam liquido comperire
nichil est de libro iudicum hoc ipsum pos-
situm comprobare quod bethleem in tribu
iuda sit. Scriptum est enim: Et fuit uir le-
uites habitans in lateribus montis ephraim
et accepit sibi mulierem concubinam de
bethleem iuda et uiuata est ei concubina
sua et abiit in domum patris sui in bet-
hleem iuda. Pulchre autem dicitur in bethleem
iuda ad distinctionem eius bethleem quae in
galilea sita est sicut in eodem ihesu naue uolumi-
ne scribitur. Porro ephrata in nostra lin-
gua sonat carpoforon id est uberem
atque frugiferam et idipsum ostendit in mys-
terio quod et domus panis. Propterea
dabit eos usque ad tempus in quo parturiens
pariet et reliquiae fratrum eius conuertentur ad fi-
lios israel. lxx. Propterea dabit eos us-
que ad tempus parientis pariet et reliquiae
fratrum conuertentur ad filios israel. quia de
bethleem quae est ephrata egressus est
christus dominator israel et egressus eius non
eo tantum fuerunt tempore quo uisus in carne
est sed ab initio eternitatis siue ab initio
seculi quia semper ipse locutus est per prophetas
et factus est in manu eorum sermo dei
ideo dabit iudeos contra conscientiam permit-
tet usque ad tempus parientis quando compleatur
letare sterilis quae non paris erumpe et cla-
ma quae non parturis quoniam multi filii
deserte magis quam eius quae habet uirum.
Cum enim sterilis peperit septem et quae mul-
tos habuerat filios fuit infirmata et

et delicto ipsorum iudeorum salus inueniret ple-
nitudo gentium tunc omnis israel saluus
fiet et reliquiae fratrum eius conuertentur ad
filios israel. Et adueniens helias
propheta quem mittet dominus deus conuertet cor
patrum ad filios et cor filiorum ad patres
suos et nouissimus populus iudeorum antiquos
ut ne appellentur filii abraham non
crediderunt in eum quem uidit abraham
et letatus est. Est autem tempus in quo
sterilis pariet. Ut reor illud de quo
ysaias loquitur tempore accepto exaudiui
te et in die salutis adiuui te. Quod
et paulus intelligens de christi tempore predi-
cauit ait ecce nunc tempus acceptabile
ecce nunc dies salutis hoc ipsum puto
et illud misticum demonstrare quod in eccle-
siaste scriptum est. Tempus pariendi et
tempus moriendi quod eo tempore quo de ste-
rili natus est gentilium populus filios
amisit synagoga. Potest autem et aliter
intelligi dabit dominus templum et iheru-
salem et iudeos usque ad illud tempus
quo uirgo pariet quae postquam peperit et
natus paruulus accepit spolia samarie
et uirtutem damasci in conspectu populorum in
deorum reliquiae israel salue fient et
fratres eius christi id est apostoli conuertentur ad
prophetas et patriarchas fide quam uenturum
christum annuntiauerunt et complebitur
psalmum canentium pro patribus tuis
nati sunt tibi filii. Et stabit et pas-
cet in fortitudine domini in sublimitate nominis
domini dei sui et conuertentur quia nunc magni-
ficabitur usque ad terminos terre. lxx. Et
stabit et pascet in fortitudine domini et
in gloria nominis domini dei sui erunt quia nunc
magnificabuntur usque ad terminos terre. Post-
quam sol iustitie egressus fuerit a summi-
tate celorum et peruenerit usque ad terminos

coruit et pepererit pariens et reliquie
fratrum eius convertentur ad filios isra-
hel. ipse dominus qui per ambulabat
et cum hiis qui in itinere erant positi
necessaria habebant firmum gaudium stabit
et pascet eos in fortitudine domini ut
possint dicere dominus pascit me. et
nichil michi deerit in loco pascue ibi
me collocavit super aquas re-
fectionis educavit me animam meam con-
vertit. Pascet autem eos non solum
in fortitudine domini sed et in sublimita-
te nominis domini dei sui qui dicit
pater sancte serva illos in nomine tuo quos
dedisti michi ut sint unum sicut et nos.
Cum essem cum eis ego servabam eos in
nomine tuo quos dedisti michi custo-
divi et nullus ex hiis periit. Et
convertentur sive ut melius interpreta-
tus est symmachus habitabunt
enim verbum hebraicum utrumque sig-
nificat habitabunt autem in ecclesia domini
quia magnificatus est christus usque ad extre-
mum terre sive iuxta lxx quia magni-
ficabuntur ipsi cum pastore suo usque
ad extremum terre ut in omnem terram exi-
at sonus eorum et in universos fines
orbis terre verba eorum. Et erit iste
pax assyrius cum venerit in terram
nostram et cum calcaverit in domi-
bus nostris. lxx. Et erit hec pax assy-
rius cum supervenerit in terram nostram
et cum ascenderit super regiones nostras.
Quando venerit dyabolus qui inter-
pretatur
id est arguens
atque corripiens super terram regio-
nesque credentium et eorum quos pascet
dominus in fortitudine et in sublimitate
nominis domini dei sui et calcaverit
eos tribulationibus variis et diversos

animarum nostrarum vel corpora qui super bis as-
cenderit atque depresserit et tamen nichil
nos separaverit a caritate christi tunc christi
pax sive ipse christus erit in nobis et
dicet de se nichil proderit inimicus in
eo. Bonus exemplum ut possit manifes-
tius fieri quod diximus. Venit assyri-
us super terram quondam pauli et as-
cendit super regionem eius quando fuit in
laboribus eius super modum in plagis
habundanter in carceribus nimis in mor-
tibus frequenter. Quando a iudeis quinquies
quadraginta minus una accepit.
Ter virgis cesus est semel lapida-
tus. Ter naufragium fecit nocte
et die in profundum maris fuit in pericu-
lis latronum. periculis in falsis fratribus
periculis ex genere. periculis ex genti-
bus sed in hiis omnibus vincebat propter
illum qui dilexit eum et ideo imple-
batur pace quia impletus fuerat contume-
liis. Iudei in adventum christi que sibi
silant hec omnia iuxta litteram futura esse
contendunt. Et suscitabimus super
eum septem pastores et octo primates
homines et pascent terram assur in gla-
dio et terram nembrod in lanceis eius
et liberabit de assur cum venerit in
terram nostram et cum calcaverit in fini-
bus nostris. lxx. Et consurget super eum
septem pastores et octo morsus hominum
et pascent assur in gladio et terram
nembrod in fovea eius et liberabit
de assur cum venerit super terram vestram
et cum ascenderit super fines vestros
ubi nos posuimus optimates homines
et in hebreo scriptum est Nesiche
adam symmachus interpretatus est
christos hominum theodocio et quinta
editio principes hominum aquila christos

uel constitutos homines .i.
Rursum in eo ubi et ego et a-
quila transtulimus in lanceis eius
subuertat terram nembrod. symmachus
uertit .i. in introitu por-
tarum eius. theodotio in portis eorum. quin-
ta editio quod
nos possumus dicere in sinibus eorum in
hebreo positum est. Tunc
igitur erit pax. cum reliquie fratrum christi
conuerse fuerint ad filios israel et ue-
nerit assyrius in terram nostram et adiu-
ti a domino eum qui nostras domos calcare
incipiebat conculcemus sub pedibus
nostris uelociter. Ipse enim dominus ait: Sus-
citabimus super eum septem pastores
et octo primates homines uel morsus
hominum. Suscitabimus autem ego et
filius meus et spiritus sanctus iuxta illud
quod in genesi scriptum est: Faciamus hominem
ad ymaginem et similitudinem nostram.
Et in principio abdie: Surgite et
ascendamus aduersus eam in prelium. Sep-
tem pastores omnes patriarchas et pro-
phetas et sanctos uiros arbitror qui
ebdomadi .i. ueteri seruierunt instrumento.
octo autem morsus hominum siue opti-
mates homines et ut symmachus inter-
pretatus est christos uniuersos noui testa-
menti qui ab apostolis usque ad hanc etatem
momorderunt assyrium et suis den-
tibus laniauerunt. Unde et in ecclesiaste
precipitur ut demus partes septem demus
et octo. Et in templo ezechiel quod inter-
pretatur ecclesia et celestis ierusalem septem
et octo gradibus ascenditur et quindecim
in psalterio gradus sunt quibus per ebdomadem
et ogdoadem ad canendas deo laudes
scandimus. In octauo die celebratur
circumcisio spiritualis et in templo uidemus

distribuit sabbatum et quidam psalmi
pro octaua inscribuntur. Isti ergo septem
pastores et octo morsus hominum pascent
assur in gladio. Viuens enim et ef-
ficax sermo dei et acutior super omnem
gladium bicipitem missus est ab eo qui
uenit gladium mittere super terram ut
diuidantur duo in tres. Et terram ne-
brod qui interpretatur temptatio descendens
pascent in fouea eius. Gigantes enim
et uenatores et supplicantes contra deum.
terra non est in montibus sed in foueis.
Iste cecidit de celo quasi fulgur super uer-
satur inter bestias et quasi uenator est
infructuosa ligna fructu lustrat et
saltus. Dictum possum in mea paruole
memoria nunquam uenatorem in bonam
partem legi. Ismahel et esau uenato-
res fuerunt et peccauerunt in typo popu-
li iudaici quorum alter filius egyptie est
ambulans iuxta carnem et iuxta carnem
uiuens. alter primitiua perdidit pro
lenticula et benedictionibus fratris inuidens
fugat eum in mesopotamiam. Redita
ergo terra nembrod in foueis suis qui
enim fodit foueam incidet in eam. et qui laqueum
aperit et effodit eum incidet in fo-
ueam quam fecit et reuertetur dolor eius
in caput eius et super uerticem eius ini-
quitas eius descendet. Et confosso assyri-
o a septem pastoribus et octo mor-
sibus liberabit nos christus de manu
assur qui ueniat super terram nostram. Et
et calcare incipiebat terminos israel. Ter-
ram autem symmachus ait et pascent terram
assur in gladio et regionem nebrod
inter portas eius. hoc sentiendum est
quod in domo sua alligetur fortis et
uulneretur aduersarius. et iuxta aquilam
et quintam editionem sinus et lanceis septem

pastores et octo primates hominum con-
fodiantur. Et erunt reliquie iacob
in medio multorum populorum quasi ros
a domino. et quasi stille super herbam que
non expectat virum et non prestolatur
filios hominum. Et erunt reliquie iacob
in gentibus in medio populorum multorum
quasi leo in iumentis siluarum et quasi catu-
lus leonis in gregibus pecorum. qui cum transi-
erit et conculcauerit et ceperit. non est
qui eruat. Et exaltabitur manus tua
super hostes tuos et omnes inimici tui
interibunt. Et erit in die illa dicit
dominus auferam equos tuos de medi-
o tui et disperdam quadrigas tuas
et perdam ciuitates terre tue et destru-
am omnes munitiones tuas et aufe-
ram maleficia de manu tua et
diuinationes non erunt in te et perire
faciam sculptilia tua et statuas
tuas de medio tui et non adorabis
ultra opera manuum tuarum et euellam
lucos tuos de medio tui et conteram
ciuitates tuas et faciam in furore
et in indignatione ultionem cunctis gen-
tibus que non audierunt. Et e-
runt reliquie iacob in medio populorum
multorum quasi ros a domino cadens et quasi
agmen super gramine ut non congregetur quis-
quam neque sit in filiis hominum. Et erunt
reliquie iacob in gentibus in medio popu-
lorum multorum quasi leo in iumentis in saltu
et quasi catulus leonis in gregibus pecorum.
Cum sic pertransierit et diuiderit rapi-
at et non sit qui eruat eleuabitur
manus tua super eos qui tribulant te
et omnes inimici tui peribunt. Et erit in
die illa dicit dominus interficiam equos
tuos de medio tui et disperdam currus
tuos et subuertam ciuitates terre tue

et auferam omnes munitiones tuas
et auferam maleficia tua de manibus
et qui loquuntur non erunt in te et disperdam
sculptilia tua et statuas tuas de
medio tui et ultra non adorabis opera
manuum tuarum et succidam lucos tu-
os de medio tui et demoliar ciui-
tates tuas et faciam in ira et in furore ul-
tionem gentibus pro eo quod non audierunt
Liberabit nos de assur cum uenerit su-
per terram nostram et ascenderit super ~~[illegible]~~
terminos nostros et liberabit a domino qui
suscitauit super eum septem pastores et
octo morsus hominum reliquie iacob
quos apostolos intelligimus et primam
ecclesiam de iudeis erunt in medio populorum
multorum quasi ros a domino cadens. Qui delebit
eum ignitis dyaboli iaculis cordis popu-
lorum et omnes gentes a deo adulterinis
habebant corda qui clibanus igne suc-
census. uerum ros domini cadens fratris et
sanitas eorum. Et quod in anania et a-
zaria et misael legimus quod spiritus roris
sibilantis [illegible] fornacis ignis extinxerit
hoc de [illegible]ibus spiritualiter intelligimus
quod in medio uniuersarum gentium doctrina
apostolorum quasi ros fuerit a domino. Que
autem sequitur et sicut agmen super gramine
ut non congregetur quisquam neque sit
in filiis hominum de istis accipiamus qui
credere de gentibus noluerunt quod sint
super eos apostoli et reliquie iacob sicut ag-
mini carpentes gramen et herbam dentibus
demetentes et hoc fecerunt [illegible] ut qui
angeli esse noluerunt et rore accipere
spiritualem nequaquam congregentur. it[illegible] homines
impossibilia apud deum possibilia sunt. Hoc pre-
sentibus tempore in ecclesiis videmus expletum conspexi-
mus. quoniam in tantum urbis persecutorum feritas
extincta est. ut eorum conciliabula nostra
destruerent. divinos libros ignibus tra-
derent. omnes insule. metalla. carceres.
confessorum et martyrum. cathenatorum gregibus
implerentur. Quibus eo tempore tradebat rursum
ecclesias construendas ab his ipsis qui eas
destruxerant. Non quo idem homines fue-
rint. sed quod eadem regalis potestas. que perse-
quebatur in insidiis cum divitibus et qui ex
senatus consulto christi nomen concelebrat exti-
guere. nunc expensis rei publice ecclesiarum
basilicas exstruat. et exaltet summa
fastidia. ut non solum laquearia et tecta
fulgeant auro decorata. sed parietes diversis
marmoribus vestiat crustis. Et divinos
libros quos prius tradebat incendio. nunc
decantatos et purpureatos et gemmarum
varietate distinctos in custodia romana ve-
neretur statuis. Hec dicit dominus exercituum
Ecce ego salvabo populum meum de terra
orientis et de terra occasus solis et addu-
cam eos et habitabunt in medio ierusalem. Et erunt
mihi in populum et ego ero eis in deum in veri-
tate et iustitia. Iudei. Hoc iudeorum alii
dicunt post zorobabel et neemiam edi-
ficato templo. et muris quoque extructis
et statu iudaico restituto a macha-
beis et ducibus principibus qui usque ad herode
regem iudea est completum. Alii in consumma-
tione mundi. sub christo quem frustra prestolan-
tur. explendum contendunt. Nos autem et
illo tempore sub zorobabel et neemia dicimus
ex parte completa. et quasi in typis et ymagini-
bus precessisse quando populus reductus est de cap-
tivitate et habitavit in ierusalem et dei populus
appellatus est et rursum dominus vocatus est
deus eorum. nequaquam in medio et iniquitate
sed in veritate et iustitia. Et nunc plenissime
sub domino salvatore in ecclesia. id est in vera ierusalem
promissionem rebus impleri. numquid qui dicit
ecce ego salvabo populum meum de terra ori-
entis et de terra occidentis. De quibus dominus
in evangelio loquitur multi de oriente venient
et occidente et accumbebunt in regno ce-
lorum cum abraham ysaac et iacob. Et
multo ante per prophetam promissum fuerat dicens. Deus deorum
dominus locutus est et vocavit terram. Ab ortu
solis usque ad occasum. de syon decor pul-
chritudinis eius. Veniet enim ex syon qui
eripiat et avertat iniquitatem ab iacob qui
ab oriente et ab occidente incensum offer-
unt nomini domini in omni loco et sacrificium mun-
dum. nequaquam in victimis veteris testamenti. sed
in sacrificiis evangelicis putatur. De quo
incenso et alibi legimus. Dirigatur oratio
mea sicut incensum in conspectu tuo. Et quod
sit hoc incensum sequens sermo demonstrat.
Elevatio manuum mearum sacrificium vesper-
tinum. Postquam ergo de virga yesse pullu-
lavit qui dicitur gentibus. et in ipso
gentes speraverunt. et de oriente et de
occidente. tam primus populus quam novissimus
in populum domini crediderunt. et factus est
grex unus. tunc ad letitiam omnis priore
sunt nationes. et civitate ad gaudium
populi dicente. Letamini gentes cum populo
eius. Iuxta illud quod et alibi scriptum est
Recordabuntur et convertentur ad dominum
omnes fines terre et adorabunt coram eo
universe familie gentium. Quodque sequitur
in veritate et iustitia. hoc significat

quod veteris umbram legis discedat et evan-
gelii veritas veniat. nequaquam in iusticia
iudeorum sed in iusticia xpistiana. Ipse enim
dominus veritas est atque iusticia de quo
legimus veritas de terra orta est et iusti-
cia de celo prospexit. Hinc et xpistiani post
iusticia sunt et veritas nominantur. Qui am-
bulat sine macula et operatur iusticiam
et loquitur veritatem in corde suo. || Hec dicit
dominus exercituum. Confortentur manus vestre
qui auditis in diebus hiis sermones is-
tos per os prophetarum in die quo fundata est
domus domini exercituum ut templum e-
dificaretur. || Lxx. Pro dominus exercituum dixit
omnipotens cetera similiter transtulerunt. Edifi-
cato templo sub zorobabel et ihesu
quarto enim anno darii regis .4ta die men-
sis noni qui appellatur casleu hec uni-
versa dicuntur. Quoniam iam templum fiat extru-
ctum. id est prophete aggeus et zacharias. qui
ut edificaretur. et duces et populum fue-
rant cohortati. nunc cohortantur eos
ut ex priorum veritate hiis que in futurum
promittuntur. accomodent fidem et confortent
manus suas. nequaquam medorum impendent et
impedire nuperrime per finitimarum nationum
insidias formidantes et confortentur per
os prophetarum ex die quo templi sunt fun-
damenta iactata usque ad diem quo edi-
ficatum est templum et audiat quod sequitur.
Breviter explanata hystoria quecumque de
ihrusalem et de templo dicuntur spiritualiter ad
ecclesiam referentes in qua confortantur manus
per bona opera et fundatur domus cuius fidei
fundamenta iaciuntur. templum quoque constru-
itur quoniam multitudo credentium roboratur. et
ita vivit ut templum dei esse mereatur.
|| Siquidem ante dies illos merces homi-
num non erat. nec merces iumentorum erat
neque introeunti et exeunti erat pax pre
tribulatione. Et dimisi omnes homines
unumquemque contra proximum suum. || Lxx. Quoniam
ante dies illos merces hominum non erit
in lucrum. et merces iumentorum non subsis-
tet. et egredienti et ingredienti non
erit pax pre tribulatione. Et emittam
omnes homines unumquemque ad proximum suum.
|| Lxx. Ad futurum tempus omnia reddidit. sed
melius ad preteritum ut in hebreo legitur et ex-
positionis veritas comprobabit. Antequam
fundaretur domus domini et edificaretur tem-
plum. omnis labor vester irritus fuit. et
tam homines quam iumenta in agricultura
in ministeriis operibusque diversis. cassis
conatibus frustrabantur. foris adversarii
domi sedicio conturbabant pacem. et
erat urbs infesta ob bellorum frequentiam.
et propter insidias domesticas. Dum non fuit
fides ex hiis fidem et omnes essent inimici pro-
pinquitas. Hunc secundum aliis verbis propheta
aggeus comprehendens ait. Et nunc ponite
corda vestra a die hac et supra antequam
poneretur lapis super lapidem in templo
domini cum accederetis ad acervum xxti mo-
diorum et fierent x. intrastis ad torcu-
lar ut exprimeretis l lagenas et fie-
bant xxti. percussi vos vento urente
et aurugine et grandine omnia opera
manuum vestrarum et non erat in vobis
qui ad me reverteretur dicit dominus. Quod
in ecclesia et in unaquaque credentium anima per-
possumus. Siquidem antequam domus dei in nobis
fundamenta iaciantur et edificetur tem-
plum dei. et audiamus ab apostolo vos estis
templum dei et spiritus sanctus habitat in vobis.
quecumque boni operis habere videamur frustra sunt. Sunt ra-
tionales qui appellantur homines sunt sim-
plices qui iumenta dicuntur. homines
enim et iumenta salvos facit dominus.
mercedem non habeat apud dominum ut sit i-

nobis bella atque discordie et ubique
tribulatio et sine pace xpi quam ad
patrem vadens apostolis dereliquit. imple
atur in nobis dominum sancta timuit homines do
mestici eius. Omnis et frater supplantatione
supplantat et omnis amicus fraudulenter in
cedit. veritatem non loquuntur. docuerunt linguam
eorum loqui mendacium. Quod si con
versi ad xpm et templum eius effica
ni. statim audiemus apostolum proclamantem
unusquisque accipiet propriam mercedem
iuxta opus suum. Nunc autem non iuxta
dies priores ego feci reliquiis populi huius
dicit dominus exercituum. sed semen pacis erit.
Vinea dabit fructum suum et terra dabit
germen suum. et celi dabunt rorem suum
et possidere faciam reliquias populi huius
universa hec. LXX. Et nunc non iuxta
dies priores ego faciam reliquiis populi huius
dicit dominus omnipotens sed monstrabo pacem. Vi-
nea dabit fructum suum et terra dabit ger-
mina sua. et celum dabit rorem suum
et possidere faciam reliquias populi mei huius hec
omnia. Priusquam domus dei fundamenta iace-
rentur et edificaretur templum merces
hominum non erat nec merces iumentorum. sed
pre tribulatione et angustia pax in-
troeuntibus et exeuntibus. et omnes homines
inter se hostili odio dissidebant. Nunc
autem quia iam domus domini fundamenta sunt
iacta et templum edificatum est. nequaquam
faciam ut prius feceram his qui de cap-
tivitate babilonia sunt reversi. sed erit
ubique pax et gaudium. alacritatem
ac fine priorum temporum. futura habunda
ntia compensabit. Vinea enim dabit fructum
suum. et torcularia omnibus complebuntur
terra letis segetibus vestietur. et irriga-
tibus pluviis ac rore nocturno omnia
pullulabit. Universa que dixi faciam

populi mei reliquias possidere. quia fundamen-
ta domus iacta sunt et templum extruc-
tum est. Hec eadem et aggeus propheta eodem
tempore loquitur qui supra dixerat percussi vos
vento urente et aurugine et grandine
omnia opera manuum vestrarum. postquam templi
fundamenta iacta sunt. ponite corda
vestra ex die ista et in futurum. a die
xx° et iiii° noni mensis. a die quo fun-
damentum iactum est templi. ponite super cor
vestrum. Numquid semen in germine est et ad-
huc vinea et ficus et malogranatum et
lignum olive non floruit. ex die ista
benedicam et rursum movebo celum et ter-
ram. Diximus et aliud. recepta super ecclesia
explanatione sequentes. Priusquam fidem xpi
quisque reciperet. et in eo spiritualia fun-
damenta iacerentur. nullus audire poterit
est mercedis operi tuo siue iudeus sit siue
hereticus siue gentilis quicquid boni operis fe-
cerit non in nomine xpi fecit. mercedem sui
boni operis non habebit. Videmus hereticorum
ieiunia. philosophorum rigorem. videmus in eis
magna varietate observantiam. et tamen dicimus
iuxta aggeum quod comedunt et non
saciantur. bibunt et non inebriantur.
operiuntur et non calefiunt. et qui merce-
des congregat mittat eas in pertusum sacu-
lum. Postquam vero fidem xpi receperint et
illi et hii qui in ecclesia fuerant priores
et per magnitudinem delictorum captivi huius
mundi traditi et babiloniis igni co-
busti et audierint dominum predicantem. spiritus
domini super me. propter quod unxit me. evan-
gelizare pauperibus misit me. predicare
captivis remissionem et cecis ut videant
sanare eos qui contrito corde sunt. et com-
pletum fuerit illud. aliud quod per amos di-
citur. Convertam captivitatem populi mei israel
et edificabunt civitates dissipatas et

plantabo eos. tunc in diebus illis orietur
iustitia et multitudo pacis. vinea
dabit fructum suum quod dicit in cxviiio
Ego sum vitis et vos palmites. omnem palmitem
qui manet in me mundat pater ut ma-
iores fructus afferat. Cuius mundati fue-
runt palmites eius per flagella et pressuras
et gemitibus omnibus spe futurorum repe-
rit fructum pollicetur. ut impleatur quod scriptum
scriptum est. vinee florentes dederunt odo-
rem. tunc pendebunt botros coquebat sol
iustitie. ut mittantur in torcularia octa-
vi et octuagesimi tertii psalmi qui pro
torcularibus inscribuntur. dum calcentur
pede qui ascendit de bosra. et fun-
dat vinum quod letificat cor hominis. Terra
quoque dabit germen suum. non arida et pe-
trosa et plena sentium. sed terra bona
que dat c^m et lx^m et xxx^m fructum
ut quod seminaverint in lacrimis in gaudio
metant. Et celi dabunt rorem suum
de quibus in xviiio psalmo scriptum est. Celi e-
narrant gloriam dei et opera manuum eius
annuntiat firmamentum. De quibus et in
deuteronomio cantico dicitur. Letamini celi
simul cum eo. id est cum domino salvatore. quos prescivit
et predestinavit conformes fieri ymaginis
filii sui qui loquitur cum moyse. Expecte-
tur ut pluvia eloquium meum et descen-
dant ut ros verba mea. Resurget enim
qui erat prius mortuus. et suscitabitur
qui iacebat in sepulchris dealbatis
que plena sunt ossibus mortuorum. Et
letabitur qui moritur in terra. Que est
terra letitie sequens sermo demonstrat. Hober
qui a te est. sanitas eorum erit. Et hec
omnia parte urbis et vinearum fructum. et ter-
rarum habundantia. que celorum rore suntri-
unt possidebunt reliquie populi mei. de
quibus ysaias loquitur. Nisi dominus sa-

baoth reliquisset nobis semen. sicut so-
doma essemus et sicut gomorra similes
fuissemus. Reliquie enim secundum electionem
gratie salve facte sunt non ex operibus. alioquin
non esset gratia. Et erit sicut eratis maledictio
in gentibus domus iuda et domus israel.
sic salvabo vos et eritis benedictio. No-
lite timere. confortentur manus vestre. quia hec
dicit dominus exercituum. Sicut cogitavi
ut affligerem vos. cum ad iracundiam
provocassent me patres vestri dicit dominus
et non sum misertus. sic conversus cogitavi
in diebus istis ut benefaciam israel et
domui iuda. Nolite timere. LXX. Et
eritis sicut eratis in maledictione inter gen-
tes domus iuda et domus israel sic salva-
bo vos et eritis in benedictione. Confidite
et confortamini in cordibus vestris quia hec
dicit dominus omnipotens. Sicut cogitavi
ut affligerem vos in eo quod ad iracun-
diam provocasset me patres vestri dicit
dominus omnipotens et non me penituit. sic pa-
ratus sum. et cogitavi in diebus istis ut
benefaciam israel et domui iuda confi-
dite. Hec post edificationem templi fu-
tura promittit. ut sicut erat in cunctis gen-
tibus in maledictione et in sibilum et in
exemplum domus iuda et domus israel due
videlicet et x tribus. sic cum salvate fue-
rint et reverse in iudeam sint omnibus benedictio.
Nolite igitur timere adversarios rebel-
lantes. confidite vos esse quod pro me dominus
pollicetur. Confortentur manus vestre et
implete opera que cepistis. Causa confor-
tationis domini promissio est. Hec autem dicit
dominus omnipotens. cui nichil impossibile est
quod promittit implere. Sicut exco-
gitavi ut affligerem vos et captivitati
traderem. quia me patres vestri ad iracun-
diam provocaverunt et non sum misertus

quod lxx transtulerunt
hoc est non me penituit. quod hebraice scri-
bitur
non sum autem misertus
ut vos captivitate corrigerem. et per omnia
tormenta et flagella erudirem. sic nunc in
presenti tempore cogitavi ut benefaciam ierusalem
et domui iuda. id est omnibus duodecim tribubus
que captivitati tradite sunt. Postquam autem cogi-
tavit ut benefaciat non fuit inde et israel
id est duabus et x tribubus ierusalem videlicet et
samarie oolle et oolibe. sed relevato israel
in captivitate benefecit israel ierusalem et do-
mui iuda. Et iungit in fine nolite ti-
mere. sive confidite eo scilicet quod supra expo-
suimus. Super ecclesia autem et super unoquoque
credentium. sic intelligi potest quod per persecutionis tem-
pore credentes in multis gentibus in maledictum
et in exemplum fuerint christiani quia offenderint
dominum suum. et postea sint in benedictione quando
pax fuerit reddita. Et hoc de enuntiat
quia dominus quod per quam mundum fiat. per quam sit mis-
tus ierusalem visio pacis. et inde qui fi-
dem domini confitentur. Singuli quorum crede-
tur. qui accipit vitam eternam de ecclesia et
tradunt sathane in interitum carnis ut dis-
cant non blasphemare. cum egerint penitentiam
restituentur in pristinum statum et videbunt
pacem domini et confessionis sue gloriam possi-
debunt. Hoc quod scriptum est non sum miser-
tus et non me penituit. calumpniantur
heretici. si autem crudelis aut mutabilis sit
deus. si enim quem peniteat. aut non peniteat
Si enim penituit dicunt esse mutabile. si
non penituit dicunt esse crudelem. Peni-
tuit autem deum quod saul unxerit in regem
et apud ninivitas quibus per prophetam
denuntiaverat adventum et ninive subver-
tetur. quia egerint penitentiam dicitur et ipse
mutasse sententiam. non vitio mentis
[?]prudentie sed ex eorum qui bene aut male fe-

cerunt varietate. Si enim male fecerint com-
minatur. si pristina peccata deleverint non
mutatur deus qui semper idem est et
mutari non potest sed illis ex malis in bonis opera
commutantibus. mutat et ipse suum decretum
quod et in genesi loquitur. Clamor sodomo-
rum et gomorre multiplicatus est et peccata
eorum magna sunt nimis. Descendam ergo et videbo
si iuxta clamorem eorum qui venit ad me
compleverunt. sin autem non ut sciam. Quod di-
citur hoc est. si permanserit in futurum non deerit
pena peccantibus. si desierit ab infamia
mea fient cognitione dignissimi. Cognosci-
tur eos dominus qui sui sunt. Et apostolus scribit
ad galathas. Sed tunc nescientes deum.
Cum omnes noverit deus et in quibus
nec peccatorum nec penitentium lateat. nec futurorum
in precibus in evangelio nescire se dicit recedite
a me operarii iniquitatis nescio vos.
Ergo et notitiam et penitentiam et iram atque
indignationem et omnes affectus dei. non hu-
mani sermonis vitio. sed divine maiestatis
sensu accipiamus. Hec sunt ergo verba que facietis
Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo
veritatem et iudicium pacis iudicate in por-
tis vestris. et unusquisque malum contra ami-
cum suum ne cogitetis in cordibus vestris. et
iuramentum mendax ne diligatis. Omnia
enim hec sunt que odi dicit dominus. Lxx. Isti sunt
sermones quos facietis. Loquimini veritatem
unusquisque cum proximo suo et iudicium pa-
cificum iudicate in portis vestris. et unus-
quisque malum proximo suo non cogitet in
cordibus vestris et iuramentum mendax
ne diligatis. quia hec omnia odi dicit
dominus omnipotens. Promisi me non ut his diebus
prophetis fecerit reliquiis post captivitatem et si-
cut cogitavi ut affligerem eos cum me
ad iracundiam provocassent patres eorum et
non sum misertus sic nunc cogitavi conversus

que

sicut benefeci in diebus istis Jerusalem et
domui Iuda. Vos igitur permaneat sententia
mea et non fiat irrita pollicitatio mea
hec facite que propriose. Loquimini veritatem
cum proximis vestris. proximum et omne genus hominum
amplians quia ex uno sumus parente generati
Alioquin si proximum proximumque accipit pe-
regrinis et alienis mendacium est. Hoc idem et
apostolus loquitur. Deponentes mendacium
loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo
Veritatem igitur et iudicium pacis iudica-
te in portis vestris. In iudicio primo sit
veritas et iustitia. Deinde sequatur ut hec
in iudicium pax ut proximi iudex habeat
pacificare discordantes iuxta illud evangelii. Bea-
ti pacifici quoniam filii Dei vocabuntur. Quod
sequitur in portis vestris. Alii proprie con-
gruit. Oderunt in portis corripientem
et verbum sanctum abhominati sunt. Et in alio loco
Non confundetur cum loquitur inimicis suis in
porta. David quorum iudicabat in portis
quem Absalon veritatem iudicii repromittens
patri tendebat insidias. Et quare
apud iudeos in portis locus fuit iudi-
candi. ne cogerentur agricole intrare ur-
bes. et aliquod subire dispendium iudi-
ces in portis residebant. et tam urbanos
quam rusticos in exitu et in introitu urbis
audirent. et finito negotio unusquisque
confestim ad proprias sedes reverterentur. Et
malum unusquisque contra amicos vestros ne cogitetis in
cordibus vestris. Kaath quod omnes noctes
conspicua in malicia multiplici-
tatem sunt duplicat a tempore possumus
et pro afflictione et pro malo. Pro afflic-
tione sicut est malicia in civitate quam dominus
non fecit et sufficit diei malicia sua
Pro malo. in Iona propheta deus loquitur ascen-
dit clamor malicie eorum ad me. Et
in apostolo legimus repletos omni iniquitate et

malicia. Utroque igitur modo non affligit
amicum suum nec malum adversus eum co-
gitat in corde qui sanctus est. Et iuramen-
tum mendax ne diligatis propterea dominus
in evangelio. Ego autem dico vobis ut non iure-
tis penitus. Sit sermo vester est est, non non.
Qui enim non iurat nunquam potest
periurare. Qui enim iurat audiat illud quod
scriptum est non assumes nomen domini dei tui
super re vana. Omnia hec sunt que odi dicit
dominus. iuxta Malachie verba dicentis
et omnia que oderam faciebatis. In preceptis
que ad vitam pertinent et sunt perspicua non
de allegoriam querere ne iuxta comicum
nodum ~~quer~~ queramus in scirpo. || Et factum
est verbum domini exercituum ad me dicens. Hec dicit
dominus exercituum. Ieiunium quarti et ieiunium
quinti et ieiunium septimi et ieiunium decimi
erit domui Iuda in gaudium et in leticiam
et in solemnitates preclaras. Veritatem tamen
et pacem diligite. lxx. Et factum est
sermo domini omnipotentis ad me dicens. Hec dicit
dominus omnipotens. Ieiunium quartum et ieiunium
quintum et ieiunium septimum et ieiunium decimum
erit domui Iuda in gaudium et in
leticiam et in festivitates bonas. Hoc enim
hebraice dicitur lobinin id est
et lentinum. Veritatem et pacem diligite
illud id quod supra Sarasar et Rogomelech per
legatos consuluerunt. utrum in mense quinto et
in septimo sicut hactenus in lxx ieiunare de-
berent et plangere. an post edificationem
templi finire ieiunium luctumque deponere
multis in medio positis que fecerunt qui spe-
raverunt ex persona domini propheta respondit. Ie-
iunium quarti et ieiunium quinti et ieiunium septimi
et ieiunium decimi erit
subauditur mensis domui Iuda et Ihe-
rusalem in dies festos vertetur et gaudium
Veritatem tamen diligit deus et pacem. Hoc

Zacharias

in loco morum multi multa dixerunt
et inter se dissona. Cui nadat obscuritate
silentio professi qui profundissimam foueam
in dubitatis transierunt rerum arbitrio
nichil omnino quam prior dixit. Cognoui
igitur ab hebreis et uirtute. et sic uitate
de fonte magis quam de riuulo querere
potissimum cum non prophetia aqua de x°
ubi requiescam solent. et uirtute celare
mendacio. Si hystorie ex precedentibus et
sequentibus ordo texatur. Ieiunium quarti mensis
qui apud latinos uocatur iulius die
septima et decima eiusdem mensis. i° ab
binitur quia descendens moyses de monte
Syna tabulas legis abiecerit atque con
fregerit. Et iuxta ieremiam muri primum
rupti sunt ciuitatis. In v° mense
qui apud nos appellatur augustus
cum propter exploratores terre sancte seditio
orta esset in populo. iussi sunt monte non
ascendere. sed per xl annos longis a terra
sancta circuire dispendiis. ut exceptis du
obus caleb et iosue. omnes in solitudine
caderent. In hoc mense et a nabuchodonosor
et multa post secula a tyto et uespasi
ano templum iherosolimis incensum est
atque destructum. capta urbs bethel
ad quam multa confugerant milia iu
deorum aratum templum in ignominiam gentis
oppresse a tyto annio rufo. In septimo uero
qui apud nos appellatur october sicut
supra diximus occisus est godolias et iude re
liquias ac iherusalem reliquie dissipate leguntur
ieremia. Mense decimo qui apud nos ia
nuarius dicitur eo quod ianua anni sit atque
primum hezechiel in captiuitate positus
audiuit et nuntiatus populus captiuorum quin
to mense templum esse subuersum. quod plerique
in eodem populo confregit. hoc est in die quo
dicit Dies planctus et ieiunii dies

hactenus ieiuniis in luctu fratris nobis
quod cogitaui ut bene faciam iherusalem et domui
iuda in letitiam et gaudium et sollempni
tates et uertendos ita dumtaxat si ueri
tatem diligatis et pacem. Iuxta anago
gen quod tunc ieiunias quia sponsus ablatus
a nobis et non merentes eius lex peritiam
cum reuersus fuerit dominus ad nos et coguerit
ut bene faciat nobis. omnis tristicia uertetur in
gaudium et fames priscina sermonis dei
pristina doctrinarum eius et celestis panis
saturitate pensabitur. Hec dicit dominus exerci
tuum. Vsque quo ueniet populus et habitabit in
ciuitatibus multis et uadant habitatores
unius ad alteram dicentes. Eamus et depre
cemur faciem domini et queramus dominum exercituum.
Vadam etiam ego et ueniet populi et gentes
multi et gentes robuste ad querendum
dominum exercituum in iherusalem ad deprecandam
faciem domini. Lxx. Hec dicit dominus omnipotens
Adhuc ueniet populi multi et habitatores
urbium multarum et congregabuntur qui inha
bitant ciuitates in unam ciuitatem dicentes
Eamus et deprecemur faciem domini et queramus
uultum domini omnipotentis. Vadam et ego
et ueniet populi multi et gentes plurime
ut querant faciem domini omnipotentis in iherusalem
et ut deprecentur faciem domini. Ieiunium quarti
et quinti et septimi et decimi mensis in
sollempnitates optimas commutabit. in tantum
ut ciuitates iudee que prius deserte erant
frequentia habitatorum celebrentur. et una ciui
tas pergat ad alteram et se mutuo cohor
tentur et dicant quod per hos lxx annos uie
syon luxerunt eo quod non essent qui uenirent
ad sollempnitatem omnes porte eius destructe
et sacerdotes eius gementes. Nunc pace red
dita pergamus iherusalem in qua lege preceptum
est ut uicitias in holocaustum et ter in anno
omne masculinum nostrum in conspectu domini appareat

Et dicentes altaria eaque et deprecentur faciem domini et querant dominum omnipotentem respiciebat alibi ciuitas iuda et ego. Cum illo tempore venient populi multi et gentes innumerabiles et robuste ut sacrificia in iherusalem offerant domino exercituum et deprecentur faciem eius. Appropinquat et dominus ihesus quia non reprobat eum et ostendit faciem suam ihesus qui non fuit in mare deuili. Qui enim videat filium videt et patrem et ymago est dominus atque saluator dei inuisibilis. non quo filius visibilis sit et inuisibilis pater sed quo filio nominato sentiatur pater. Sequamque et pater si non lege filium vidit et ipse loquitur in ewangelio pater manifestaui nomen tuum hominibus. Quod de iherusalem et zorobabel. siue per zorobabel dominus iesus et plenius ad christum et iherusalem intelligitur ecclesia et nunc de toto orbe terrarum et populos et gentes ad offerendum in templo domini sacrificia concurrentes. Presentibus quorum tempore nostrum presbiteri magistri et sacerdotes ecclesie audacter captiuis et credentibus promittant quod rursum edificande sunt parietes et pacis reddenda tranquillitas. et in ecclesiis facies domini deprecanda. Maiestatis christi est ut in obscuritatibus inueniantur.

Hec dicit dominus exercituum. In diebus illis apprehendent x homines ex omnibus linguis gentium et apprehendent fimbriam viri iudei dicentes. ibimus vobiscum audiuimus enim quod deus vobiscum est. Lxx hec dicit dominus omnipotens. In diebus illis apprehendent decem viri de omnibus linguis gentium et tenuerint fimbriam viri iudei dicentes. Ibimus tecum quia audiuimus quod deus vobiscum est. Quidam ex iudeis hec sub zorobabel dicunt esse completa. Alii in futurum tempus differunt quod christum sperant esse venturum. Nos autem in aduentu domini saluatoris qui de maria genitus est in iherusalem et prius et verius intelligimus. Denique scriptum est usquequo veniat populus. Cum dicit usquequo non de presenti tempore significat in quo zorobabel et ihesus. sed de futuro quando veniet populi multi et gentes robuste ut querant dominum exercituum in iherusalem et deprecentur faciem domini. In illo igitur tempore et in illis diebus apprehendent x homines ex omnibus linguis gentium fimbriam viri iudei dicentes. Ibimus vobiscum audiuimus enim quod deus vobiscum est. Et in ysaia legimus. Apprehendent septem mulieres virum vnum dicentes. panem nostrum comedemus et vestimentis nostris operiemur. tantum nomen tuum inuocetur super nos aufer a nobis obprobrium nostrum. Que igitur in septem mulieres appellantur in ecclesie quarum numerus et in paulo apostolo continetur. ad septem enim scribit ecclesias. Ad romanos. ad corinthios. ad galathas. ad ephesios. ad philippenses. ad colosenses et ad thessalonicenses. Et in iohannis apocalipsi in numero septem candelabrorum ecclesiarum. ephesiorum. smirnensium. pergamenorum. tyatirenorum. sardensium. philadelfensium. laudicenorum. varietate et auro purissimo dominus circumdatam ingrediuntur in propheta zacharia decem nominantur quos requisiuit et dominus. ut si inueniret in sodomis et gomorris. adama et seboim eas de incendio liberaret. Iota et littera ex qua sumit nomen saluatoris exordium. non solum apud grecos sed apud hebreos denarium numerum significat. Et hoc misterio fimbriae monstrant qui decem qui censentur vocabulo christiano. Et dominus septem milia tempore presentis ihezabel et fuge helye reliquisse se dicit quod non curuauerunt genua ante baal

et in messia videlicet christo venerit ex omnibus
linguis et nationibus ut apprehendant
fimbriam viri iudei, id est domini salvatoris de quo
in psalmo dicitur: Iuda rex meus. Et Iuda te
laudabunt fratres tui. Et in Genesi: Non defi-
ciet princeps ex Iuda et dux de femori-
bus eius donec veniat qui mittendus est et
ipse erit expectatio gentium. Fit etiam dice-
re: Esse et qui exurrexit ut dominetur genti-
bus, in ipso gentes sperabunt. Cuius ap-
prehenderit eum cupiat eius adherere ve-
stigiis quem deus in eo sit. Vel certe ex
omnibus linguis et nationibus quicumque crede-
derint apprehendant viri iudei apostolos
qui ex iudeis sunt et dicunt eis: vobis-
cum ibimus; audivimus et prophetas et omnium
scripturarum vocem consonare quod dei filius christus
deus et dominus sit nobiscum. Ubi mani-
festissima prophetia est et de christo et apostolorum
eius predicatione adventu et fide universarum
gentium nichil amplius requiramus. Quidam autem
numerum septem milium ad christianorum
nomina dicunt pertinere suppium gre
et christianos. et eundem
numerum significanter repperies in mille quadrin-
tos xl et viii. Ergo et parabola decem
virginum in evangelio quarum in sensibus mentis et
spiritus ministrantium, id est oleum bonorum operum
suis lampadibus paraverunt et sensuum
numerum duplicaverunt ut sint sancte mente
amplius corpore et spiritu ad huius numeri refe-
runt sacramentum. Decem quoque civitates quod qui
corporis sensibus optime gubernat numero du-
plicato accipiet in futuro. Capitulum IX.

Onus verbi domini in terra
Adrach et Damasci requiei
eius quia domini est oculus hominis et omnium
tribuum Israel. LXX. Assumptio verbi domini
in terra Sedrach et Damasci sacrifici-
cius quia dominus respicit homines et omnes

tribus Israel. Onus hec visio sive pon-
dus et onus verbi domini ut interpretatum est
aquila ad vocationem gentium et ad ex-
structionem ecclesie pertinet. Et est ordo
verborum. Assumptio verbi domini acuti in pecca-
tores, mollis in iustos. Adrach quippe
hoc resonat ex duobus integris nomen
compositum: ad acutum dicitur, molle te-
nerumque significans. Et non ut male a
quibusdam legitur Sedrach. Quidam Adrach
referunt ad populum iudeorum, Damasci
ad vocationem gentium. Verbi pondus sive
assumptio verbi domini fit in terra Adrach, super
quam et austeritatem suam exercuit dominus
et clementiam, austeritatem in eos qui credere
noluerunt, clementiam in illos qui cum
apostolis sunt reversi. Damascus autem re-
quies domini est, iuxta illud quod scriptum est in
ysaia: et erit requies eius honor. Si-
quidem antequam sciret puer eligere bonum
aut malum et vocare patrem et matrem
accipiet virtutem Damasci et spolia
Samarie. Unde et Damascus in lingua
nostra interpretatur sanguinem bibens aut sanguis
silicis ut potius interpretatio crudelem populum
significet, scilicet crudelitati eius peccatis
copulata. Quod sequitur: quia domini est
oculus hominis et omnium tribuum Israel, sic
edisserunt Iudei templum dei de urbium
populo construendum est, id est de terra Adrach
et de Damasco requiei eius quia domini est
cunctis et de gentibus respicit deum et qui
sperat in eum de cunctis tribubus Israel. Sive
iuxta LXX quia dominus equaliter cunctos homines
respicit et universas tribus Israel. Dicimus
et aliter: In terra Adrach onus verbi domini
et pondus gravissimum, in Damasco autem
victime eius et sacrificium, quia dominus et
gentium fidem et ~~[illegible]~~ conversionis pre-
dicat absque ulla acceptione respicit

personarum. et est equitur omnium deus. alius-
sime sive generale ponderis reponens et in amore
sede residentis Judei historia in adven-
tu Christi que semel ultimo tempore repromittitur
dicunt esse complenda. ut et terra adrach
et damascus eius. et emath. et tyrus et
sydon. et ascalon. et gaza. accaron
quoque. et azotus. et philistiim potentis-
simo regi colla submittant et ei famulen-
tur. civitati in iherusalem. Nullusque audeat
contra israel elevare manum. parentibus omni-
bus per multum. Sive vinusia spiritualiter
in adventu domini et in ecclesia eius transfer-
ta quoniam. Emath quoque in terminis
eius et tyrus et sydon. assumpserunt
quippe sibi sapientiam valde. Et edificavit
tyrus munitionem suam. et coacervavit
argentum quasi humum. et aurum ut lu-
tum platearum. Ecce dominus possidebit eam
et percutiet in mari fortitudinem eius
et hec igne devorabitur. Jeronimus. Et e-
math in finibus eius. et tyrus et sydon
quam sapientia sapientes fuerunt nimis. Et
edificavit tyrus munitionem suam
et aggregavit argentum ut humum
et aurum ut lutum viarum. Propterea dominus
possidebit eam et percutiet in mari for-
titudinem eius. et ipsa in igne consu-
mabitur. Emath autem interpretatur
id est indignatio. ipsa est quam an-
thiochus epiphanes nomen
accepit et nunc sirie celes est civitas.
Et hec igitur et tyrus et sydon
erunt in terminis damasci. sive in terminis
terre adrach. ut credant in dominum sal-
vatorem. cui a patre dictum est. Postu-
la a me et dabo tibi gentes hereditatem
tem tuam. et possessionem tuam terminos
terre. Huius tyri filie. id est anime Christo crede-
ntium deferunt regi munera ut impleatur

quod scriptum est. adorabunt eum filie tyri
in muneribus. Cuius urbs dei ecclesia fu-
erit constructa. de qua psalmus decantat.
gloriosa dicta sunt de te civitas dei. statim
sequitur. Ecce alienigene et tyrus et
populus ethiopum isti fuerunt ibi. nam De
alienigenis in duobus psalmis dicitur. Michi
alienigene facient. sive subditi sunt.
De ethiopibus in propheta legimus sopho-
nia. trans flumina ethiopie inde deferent
dona michi. Et in psalmis. Ethiopia preveniet
manus eius deo. De tyro in evangelio lo-
quitur. Ve tibi corozaim ve tibi bethsaida
quia si in tyro et in sydone facte essent
virtutes que facte sunt in vobis. olim forsitan
in sacco et cinere penitentiam egissent. De
tyri et sydonis finibus illa mulier cha-
nanea sirophenissa. cuius filia ma-
le se habebat a demonio. occurrit domino
salvatori et tyriorum atque sydoniorum
fidei primitias dedicavit. ut qui
tempore Christi non crediderant quando viderunt
viderunt signa atque virtutes. postea
viderent per apostolos et crederent centum.
tudinem illius comparationis quam dominus repromittit
dicens. beatiores qui non viderunt et cre-
diderunt. Tyrus autem et sydon quarum
altera + angustia. altera
in venatio interpretatur mi-
chi sibi assumpserunt sapientiam. ut sophis-
matibus suis et dyalecticis retibus sedu-
centes quos decipiunt quas munitiones scrip-
tura commemorat. proponentes cunctam salu-
tem id est regi pacifico. et argentum su-
um nitore verbi eloquentie et aurum sen-
sum calliditate instar pulveris et
luti quod in plateis et viis est aggregavit
ut regnum ydolatrie quod munierat possi-
deret. Sed adversus has munitiones apostolus
loquitur. Nam arma milicie mee non

sunt carnalia sed potentia deo ad destructionem munitionum cogitationes destruentes et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam dei. Et sub persona ... que inspiratur ornata vel pulchra nichil enim mundus ornatus est dei per prophetam contemnendi homines sermone dirigit. Et tu inebriaberis eris despecta et queres auxilium ab inimico. Omnes munitiones tue sicut ficus cum grossis suis si concusse fuerint cadent in os comedentis. Et tyrum igitur et sydonem dominus possidebit et percutiet fortitudinem eorum in falsissimo et amarissimo mari lingua scilicet. Et ne quid in eis spiritus remaneat sapientie id est in nichilo stultitie per quam sunt in bellis munitiones et argentum et aurum luto similia comparat igne eas devorabit et mundabit ad purum de quo salvator loquitur in ewangelio Ignem veni mittere super terram et quid volo nisi ut ardeat. Iuxta id quod in ... scriptum est omnis igne salietur. Videbit ascalon et timebit et gaza dolebit nimis et accaron quoniam confusa est spes eius. Et peribit rex de gaza et ascalon non habitabitur. Et sedebit separator in azoto et disperdam superbiam philistinorum et auferam sanguinem de ore eius (eius) et abhominationes eius de medio dentium eius et relinquetur et ipse deo nostro et erit quasi dux in iuda et accaron quasi iebuseus et circumdabo domum meam ex his qui militant mihi euntes et revertentes et non transibit ~~ult~~ super eos ultra exactor quia nunc vidi in oculis meis. Lxx Videbit ascalon et timebit et gaza et dolebit nimis et accaron quoniam confusa est de spe sua. Et peribit rex de gaza et ascalon non habitabitur. Et habitabunt alienigene in azoto et destruam

iniuriam alienigenarum et auferam sanguinem eorum de ore illorum et abhominationes eorum de medio dentium illorum et remanebunt et isti deo nostro. Et erunt ut chiliarchus in tribu in iuda et accaron sicut iebuseus et ponam in domo mea elevationem et nemo pertranseat sive revertatur. Et nequaquam superveniat eis ultra exactor et cetera quia nunc vidi in oculis meis. Ascalon interpretatur ignobilis ignis sive ponderum / gaza fortis aut ipsius / accaron sterilis sive eradicata / azotus quod hebraice dicitur esdod ignis generis aut ignis ~~patr~~ patrui vel ignis mamille / iebuseus conculcatum sonat. Nominum expositionum ethimologias ut supra videlicet premisimus. Videns ascalon et gaza et accaron quod emath et in finibus damasci et tyrum et sydonem postquam percussisse sit in ... et omne eorum ferrum ligna et stipula incendio conflagratum possessas eas esse a domino et ipse timore ac dolore et confusione percutitur reperit meliorem spem. Denique ascalon in qua erat prius ... ignis ignobilis et usque ad messium et ponderibus veniat priorum pauce ... cohabitatores habere desinent et gaza doluit nimis agens penitudinem scelerum priorum que quondam fortis dudum fuerat et inexpugnabilis. Et sicut ... omnium promittebat eo quod rex eius et princeps sermo divinus et plebs in ... suum perdidisset imperium. Accaron quoque sterilis quia absque lege et notitia dei filios non habebat eradicata est ut audiret illud propheticum. Letare sterilis que non paris. erumpe et clama que non parturis. quoniam plures filie deserte magis quam eius que habet virum. Cumque ascalon et gaza et accaron fuerint

prestite et doluerit. eo quod habitatores non
habuerint. uel regem perdiderit. uel spes
eius frustrata sit pristina. Alienigene
sedebunt in azoto ubi ignis quem
dominus misit super terram et ardere desiderat
Ipse enim baptizat in spiritu sancto et igne.
ubi frater uel et patruus est

que in cantico can-
ticorum sponsa desiderat ubi ignis ma-
ximus est et largissimi uberis. de quo in
eodem cantico legimus. In medio uberum
meorum commorabitur. Et in apostolo. Lac uobis
potum dedi et non escam. Pro eo quod nos
iuxta lxx diximus habitabunt alienigene in
azoto. in hebreo legitur habitabit uel sedebit
mazer in azoto. pro quo nos posuimus et
sedebit separator in azoto. Separatore domino
intellige. qui frumentum a paleis separabit
et pisces bonos a piscibus malis. et ar-
gentum atque aurum sordibus scoriaque discer-
net. Cuius hoc fecit permittit et retinet.
Disperdam iniuriam uel superbiam philisti-
norum pro quibus lxx alienigenas transtulerunt
Philistiim interpretantur in lingua nostra
cadentes poculo quod de calice biberunt
babilonis. et inebriati corruerunt. Hii
itaque tempore uocationis gentium et aduentus
christi non habebunt superbiam. sed humile et
mansuetum sequuntur ihesum. Et auferet de
ore eorum sanguinem uerba blasphemie et
abhominationes. idolorum cultum. et esum eorum
que immolata sunt idolis de medio dentium eorum
ut postquam hec ablata fuerint. ipsi phi-
listiim hoc est alienigene relinquuntur
deo et sunt duces iuda. in populo domini
confitente. ut post populus qui erat in ca-
pite uertatur in caudam et nouissimus qui
erat in cauda in caput transeat. Et
accaron sicut quidam et ideo eradica-
ta sit quasi iebuseus id est quasi ierusalem. Hec

enim ciuitas tribus nominibus appellatur. iebus.
salem. et ierusalem. Et circumdabo domum
meam. hoc est ecclesiam ex his qui militant
mihi. id est ex his qui mihi seruiunt in uariis mi-
nisteriis et ad meum imperium huc illuc-
que discurrunt euntes et redeuntes. Si-
ue circumdabo domum meam angelorum presi-
dio de quibus et in alio loco scriptum est
Inmittet angelus domini in circuitu timentium
eum et eripiet eos. Ut non sit qui uadit
et reuertatur. hoc est qui insidias meo populo
moliatur. Nec transibit ultra super eum exac-
tor de quo dicit ysaias cessabit exactor
Uel certe id est fortis seducentis
et uictos in captiuitate trahens. quia oculis
suis quos prophetas et omnes sanctos intelli-
gere possumus. uidit dominus uocationem gentium
et ecclesie seruitutem. ‖ Exulta satis fili-
a syon. iubila filia ierusalem. ecce rex tu-
us ueniet tibi iustus et saluator. Ipse
pauper ascendens super asinum et super pullum
asine. Et disperdam quadrigam ex ephra-
im et equum de ierusalem et dissipabitur
arcus belli. et loquetur pacem gentibus
et potestas eius a mari usque ad mare et a
fluminibus usque ad fines terre. ‖ lxx. Gaude
uehementer filia syon. predica filia ierusalem
ecce rex tuus uenit tibi iustus et saluans
Ipse mansuetus et ascendens super subiugale
et pullum nouum. Et disperdet quadrigas
ex ephraim et equum de ierusalem. et disperdet
arcus pugnatorum et multitudinem. et pacem ex
gentibus. Et dominabitur ab aquis usque ad
mare et a flumine exitus terre. Hanc pro-
phetiam scribit euangelista esse completam. quando
dominus ingressus est ierusalem sedens super asinam
et pullum asine. et precedentium palmarum
ramis occurrit turba clamantium. benedictus
qui uenit in nomine domini osanna in excelsis
Et interpretantibus phariseis cur non corri-

pueri clamantes procedentes. respondit Non
legistis ex ore infantium et lactentium perfe-
cisti laudem. Exultat ergo syon et iubi-
lat jerusalem una atque eadem civitas. Syon
enim arx est in jerusalem. Quia venit ei
rex suus qui omnium prophetarum vaticiniis re-
promissus est iustus et ipse salvator. iste
ihesus. sicut angelus interpretatus est loquens
faciet ad Josephum. et vocabit ihesum quia ipse sal-
vum populum suum a peccatis suis. Pauper
quoque sive ut lxx transtulerunt mansue-
tus quia cum dives esset pro nobis pauper factus
est et dicit in evangelio Discite a me quo-
niam mansuetus sum et humilis corde. Et
ascendens super asinam subiugalem. sive
super pullum novum utrumque secundum prophetam con-
missionis et potentiam. Quorum prior consuetissi-
mum legis portaverit iugum. sicut in acti-
bus apostolorum scriptum est. Nec nos neque patres
nostri potuerunt portare quod iugum legis nominat.
Unde et paulus scribit ad galathas
qui circumcidi volebant. state et nolite
iterum iugo servitutis contineri. Pullus autem
novus congregata est multitudo gentium
non habens legis iugum sive ab antiquo sed
semper in principiis et voluntatibus ydolatrie
elisus atque constrictus. domini sessione didi-
cit ambulare et viam regni ingredi.
Et disperdam quadrigam ex ephraim
Adhuc ex dei patris persona dicitur quod qua-
driga sive currus ex ephraim pereat
et equus de jerusalem. Et interibit secundum lxx arcus
hoc legitur non erunt plura quibus ad-
veniunt et intenta parantur. Porro secundum
altiorem intelligentiam ephraim refertur
ad hesebon multitudinem qui interpretatur
ubertas et frugum ha-
bundantia. de quibus scriptum est in jeremia psalmo
Filii ephraim intendentes et mitten-
tes arcum conversi sunt in die belli. De
hiis quadrigis et curribus legimus. Hii
in curribus et hii in equis nos autem in nomine
domini dei nostri invocabimus. Ipsi obligati
sunt et ceciderunt. nos surreximus et erecti
sumus. Equus qui disperditur de jerusalem
ille est de quo legimus. fallax equus in sa-
lute. Et in ieremia qui luxuriose vagabantur
et libidinum audiunt. Equi insanientes
in feminas facti sunt unusquisque ad uxorem
proximi sui hinniebat. Unde commonemur
ad pectitudinem dicente salmo propheta Nolite
fieri sicut equus et mulus quibus non
est intellectus. Cum disperdit deus currus
ex ephraim et equum de jerusalem quando de istius-
modi equis et curribus fuerit liberata tunc
feretur in domini fortitudine et efficietur cherubin
bin et de ipsis dicetur Currus dei x mi-
libus multiplex milia letantium. Et equi-
tatu meo in curribus pharaonis. assimilavi
te proxima mea. Et ascende super equos
tuos. et equitatio tua salus. Dissipabitur
arcus belli ut non mittant ignita
iacula ut voluptuosorum possint corda
perurere. Et loquetur pacem gentibus de quibus
scriptum est Ipse erit expectatio gentium
Et rursum Super ipsum gentes spera-
bunt. Et potestas eius a mari usque ad mare
et a fluminibus usque ad fines terre. Hoc non
est exterminandum per allegoriam. sed creden-
dum vere esse completum secundum illud quod legimus
Postula a me et dabo tibi gentes here-
ditatem tuam. et possessionem tuam terminos
terre. In lxx quoque psalmo sub persona sa-
lomonis et veri pacifici dicitur Et domina-
bitur a mari usque ad mare. et a flumine
usque ad terminos terre. Tu quoque in sangui-
ne tui testamenti emisisti vinctos tu-
os de lacu in quo non est aqua. Con-
vertimini ad munitionem vincti spei ho-
die quoque annuntians dupliciter reddam tibi

lxx. Et tu in sanguine testamenti emisisti
vinctos tuos de lacu in quo non habet aquam.
Sedebit in munitione vincti congregatio-
nis et pro uno die peregrinationis tue du-
plicia reddam tibi. Postquam sermo prophetie quo-
modo ipse deus per orbem nuntiatur syon et ierusalem
quod veniet ad eas rex suus iustus et salvator, et as-
cendens super asinam subiugalem et pullum
asine. et potestas eius erit fīiā a mari usque
ad mare. et a flumine usque ad terminos terre
fit apostropha ad ipsum christum de quo
vaticinium est et loquitur. Tu quoque in san-
guine testamenti sive pacti tui emi-
sisti vinctos tuos de lacu in quo non est
aqua. Quod ita intelligitur. In sangui-
ne passionis tue eos qui vincti tenebantur
in carcere inferni in quo non est ulla nūā
tua clementia liberasti. Denique postquam
dominus resurrexit ihesus qui per manus actus sive
ut quidam volunt eiectis militibus ac mor-
tis vinculis tenebantur. resurrexerunt cum
eo et apparuerunt in sancta civitate. De hoc
sanguine testamenti et ipse filius imminente
passione ad discipulos loquebatur. Accipite
et bibite ex eo omnes. hic est enim calix no-
vi testamenti in sanguine meo. In huius
prefigurationem lacus qui non habet aquam. et io-
seph a fratribus suis missus est. et daniel
et ieremias a chaldeis et principibus iudeorum.
Eleanam quoque tempore minus et frigoribus
dedit in lacum ut in leone inficeret.
Ieremias autem non in aqua lacus. sed in luti
tenuiusque dimergitur. quod possit suffocare ni-
gris quam refrigerare sitientem. Unde in psalmo
scribitur. infixus sum in limo profundi. et non
est substantia. In hoc lacu inferni mendicabatur
at ille quidem dives purpuratus. cuius lin-
gua magisterio penarum exurebatur incen-
diis. et in tantum non habebat ullam aquam ut
refrigeria. ut extremi digiti pauperis tinc-
tura in aqua refrigerium postularet. Hinc
supra ad ipsos qui vincti erant. et christi
misericordia liberandi. sermo dirigitur. Convertimini
ad munitionem vincti spei. Et est sensus.
Qui nunc vincti estis et in inferni arta
tribuli inferno tenemini. qui solutionem
vinculorum in christi speratis adventu. conver-
timini ad munitionem sive sedebit in muni-
tione de qua scriptum est. munimentum sit
timor domini. Ut possitis dicere. Esto mihi
in deum protectorem et in locum munitum ut
salvum me facias. Et de nobis quoque propheta
dicebat. Urbs civitatis fortitudinis et salvatorem
nostrum ponetur murus et antemurale. Hanc
autem munitionem ad quam deus cohortatur
vinctos spei. sive victos sperantes ecclesie.
non aliam dicit lampade in hortum paradisi
in quam primus cum domino latro ingressus est.
Et ideo per zachariam promittit ad mu-
nitionem. quia iam tunc et ex illo tempore dominus
promittebat ut pro brevi tribulatione eterna
reciperent premia. sive ut in lxx legitur
Pro una die peregrinationis tue duplicia
reddam tibi. Ad comparationem et eternitatem
omne quod patimur in mundo una dies
appellanda est non habitationis sed peregri-
nationis quia advene sumus atque peregri-
ni sicut omnes patres nostri. Illa in presenti mo-
mentanea et levis tribulationis nostre
supra modum in sublimitate eterne glorie
pondus operatur nobis. non contemplantibus
que videntur. sed que non videntur. Que enim
videntur temporalia sunt. que autem non videntur eterna.
Quoniam extendi mihi iudam. quasi arcum im-
plevi ephraim. et suscitabo filios tu-
os syon. super filios tuos grecia. et ponam
te quasi gladium fortium. lxx. Quia te-
tendi te iuda mihi. quasi arcum implevi eph-
raim. et suscitabo filios tuos syon. super
filios grecorum. et attrectabo te quasi gladium

pugnatoris. Hoc iudei ad machabe-
orum tempora referunt . qui victis macedonibus
et sordidatum templum per idolatriam per tres
et semis annorum spatium mundauerunt
Nostri autem sequuntur quasi arcum repleui eph-
raym . eos significare estimant qui de x tri-
populis. Statim ut israel assumpta est
gentium turba precta est. Et ut nata
ta est filia archisinagogi que pos
tea in exitu cum xii esset annorum exsus
citata et mortua esse creditur.
cepit sanguinis fluxu et
precia infirmitate curari. Et ir
ritum autem deductum est fedus me
um. quod cum omnibus ceteris nationibus
et intellexerunt pauperes gregis
populus israel qui mea mandata
custodit. quia verbum domini est. Vel
est domini abiecte gentes negantes. et in
abraham israel assumere confitentem.
Pro eo quod nos interpretati sumus et cognoscent
sic pauperes gregis. lxx. transtulerunt et
cognoscent chananei oves que custodi
unt mihi. quod ita nonnulli edisserunt.
Cognoscet populus iudeorum ad quem dictum
est semen chanaan et non iuda qui
nunc ceremonias meas custodit. sive
quia chanaan interpretatur parati ad humi
litatem. cognoscent qui olim parati sunt
ut humilientur a domino et relinquuntur. Cur
autem pro eo quod nos interpretati sumus sic
pauperes. illi dixerint chananeos cum
manifestum est apud hebreos et sic chen
dicitur. autem pauperes. illi duo verba
in unum copulantes quod eo quod est sic
pauperes. hoc est chen ame nomine
chananee gentis interpretati sunt. Et
dixi eos si bonum est in oculis vestris
afferte mercedem meam. et si non quiescite
Et appenderunt mercedem meam xxx
argenteos et dixit dominus ad me
Proice illos ad statuarium decorum pre
tium. quod appreciatus sum ab eis. Et
tuli xxx argenteos et proieci illos in
domum domini ad statuarium. lxx. Et
dicam ad illos si bonum in conspectu vestro
est date statuentes mercedem meam aut
renuite. et statuerunt mercedem meam
xxx argenteos. Et dixit dominus ad me
Depone eos in conflatorium et cognosce
si probum est. sicut probatus sum pro eis
Et tuli xxx argenteos et misi eos in
domum domini in conflatorium. Cognos
centibus israelitica gregis pauperibus qui me
a mandata custodiunt verbum esse domini
quod locutus sum et vera esse que dixi
id est ad pauperes gregis. si vobis pla
homines cum estis. et secundum liberum arbitrium

vos creavi. quibus et in hebreo sic lo-
quitur. Si audieritis me quod bonum sit tre
contemnite. Propter assumptionem quia ab initio uni-
versi hominum generis et vos mihi in peculia-
rem elegi gentem. et creator omnium volui
proprie vestra familia. reddite mihi mercedem
meam id est precepta mea servate. Sin autem
non vultis mercedem reddere. in perpetuum omnis
vobis meo renunciate nomine. aperte renunciate
et facite quod vultis. Qui tunc quidem re-
nuntiaverunt moysi. omnia quecumque dixit dominus faciemus.
In fine autem temporum pro eo quod eos elegi
de mediis nationibus et liberavi de egipto
fornace ferrea. appenderunt mercedem meam
xxx argenteos. pro meo sanguine dantes
iude proditori. Et dixit in me propheta
dominus ad me sive ipse salvator cuius
personam sub verba prophete ad se locutum esse con-
testans. proice illud ad statuarium. pro quo
in hebraico legimus ioser
quem nos fictorem et figulum possumus dicere.
Et est sensus. Proice pretium meum ad fi-
gulum. qui creator et fictor est omnium. Non
dixit depone sed proice. ut fictoris
plasteris iudicio mercedis domini ponderet
pretium suum id est divine
maiestatis in xxx contemptus argenteis tan-
ta vili mercede se proditum. decorum inquit
pretium quod appretiatus sum ab eis. Hoc
autem perversius est legendum cum irrisione
et subsannatione dicentis. tanto me pretio
miserunt et pauperes quondam a me electi
in filios. emendum atque vendendum pretio
iudicaverunt. Et tuli ait dominus per prophetam
sive ut a deo filiatur impatienti xxx ar-
genteos. et non eos deposui sed proieci in
domo domini ad fictorem. in domo domini
fecit eos a proditore reddi sacerdotibus et
phariseis ipso consentiente qui vendiderat pretium
tradens sanguinis iusti. Et illi qui

pretium sanguinis erat. noluerunt re-
ponere in corbonam id est in gazophylacio
sed emerunt ex eo agrum figuli in sepul-
turam peregrinorum. Nos et omnes qui peregrini
legis fuimus et advene. redempti pro-
fusione sanguinis eius. in domo figuli
creatoris qui omnium sepelimur et requies-
cimus. Propter   atque fictorem sta-
tuarium olim interpretatum sit. vel ambigui-
tate compulsus quia statuarium fictorem et
uno sermone significant. Iudei istum lo-
cum maliciose interpretantur. xxx argente-
os xxx mandata legis contenderunt
que facere iubeantur. Et rursum xxxvi.
alia. que prohibeantur in lege et dicunt
eis ut argentum mandatorum domini plaste
suo atque fictori reddant deo. que quia
facere noluerunt esse proiectos. Breviter
volui indicare quid sentirent alii
quorum explanationem eorum latissimam
tedet revolvere. ut ad reliqua transe-
amus. Et proieci virgam meam secundam
que appellatur funiculus ut dissolverem
germanitatem inter iudam et israel. Ixx.
Et abieci virgam secundam que appellatur
funiculus. ut dissiparem testamentum quod erat
inter iudam et israel. Et in hoc loco lon-
gam quandam explanationem ymmo tractatus
inexpugnabiles legisse me novi de
arii virgarum in unam sanctitate ex ~~te~~
~~dre~~ iezechiel volumine proferentes. et con-
cordia iude et ephraim spiritualem
sententiam sub huius titulo coaptantes.
Nos autem cepti sequamur ordinem.
Postquam a iudeis crucifixus est dominus
et xxx appretiatus argenteis. et pretium
sanguinis eius in sepulturam gentium pro-
ficit que peregrine erant a lege et man-
datis dei. statim dominus funiculum suum alterum
dissolvens. proieci autem virgam meam secundam

Zacharias

que proprie mea erit. quod in se habebat
ut in diemma, pretiosa et mitra
atque libanitica, sive ut consueto verbo utar
torale sit appellata. Quae secunda virga
funiculus appellata. Funiculi et propter me-
a. a me non preciosa est ut dissolverem
fedus et germanitatem atque concordiam.
que inter iudam fuerat et israel et fratres
invicem a se separarem. ut in apostolorum et
in eorum qui egerunt penitentiam inicio. tribus
solus iudas appellaretur et consitetur domi-
num. israel autem et ephraym et ioseph vo-
carentur qui in toto dicunt permanentes
dixerunt non habemus regem nisi cesarem. Quod
non intelligit ut interrupti fratrem patrium
sive testamentum quod habuerat iuda et israel
usque hodie eum penitentibus porrigit
manum. Sed ut de uno populo credentes
alios et alios non credentes inter se
dividerent. Nolite arbitrari quia veni
mittere pacem in terram. non veni pacem mit-
tere sed gladium. Veni enim separare hominem
adversus patrem suum. et filiam adversus
matrem suam. et nurum adversus socrum
suam. et inimici hominis domestici eius

¶ Et dixit dominus ad me. Adhuc sume tibi
vasa pastoris stulti. quia ecce ego sus-
citabo pastorem in terra qui derelicta
non visitabit. dispersum non queret.
et contritum non sanabit. et id quod stat
non enutriet. et carnes pinguium come-
det et ungulas eorum dissolvet. O
pastor et ydolum derelinquens gregem
gladius super brachium eius et super
oculum dextrum eius. brachium eius ari-
ditate siccabitur et oculus eius dexter
tenebrescens obscurabitur. LXX. Et dixit
dominus ad me. Adhuc sume tibi vasa
pastoralia pastoris imperiti. quia ecce
suscitabo pastorem super terram qui derelicta

non visitet. et dispersum non requirat
et fractum non sanet. et integrum non
dirigat. et carnes electorum devoret et ta-
los eorum pervertat. O qui pascitis vana
et qui dereliquistis oves. gladius super bra-
chium eius et super oculum eius dextrum.
brachium eius ariditate siccabitur. et o-
culus dexter eius cecitate obscurabitur.
Adhuc sume tibi vasa pastoris ad-
stulti. Id significat quod supra assumpsit se
virgas duas. unam decoris. et alteram
funiculum. Et quia illas suo vitio perdi-
derant. et solutum germanitatem inter iudam et
israel. nos insiti sumus in radice bone
olive. et cecitas ex parte facta est do-
mui israel donec intraret plenitudo gentium.
ut propheta dicit ut consummationem pastoris stul-
ti sive imperiti suscipiat vaticinium. Pas-
tor stultus aut imperitus haud dubium quin
antichristus sit qui in consummatione mundi di-
citur venturus. et qualis futurus sit indicatur.
Vasa autem pastoris insignia eius et habitum
de lampade. peram. baculum. fistulam. et
sibilum. Et quomodo ysaias ut captivitatem
populi demonstraret nudus ingreditur. Et iere-
mias vadit ad domum figuli. ut ex
dissipatione vasis quod faciebat in rota
et manu fingebatur artificis. et interitum
israelis et dei potentiam ostenderet. Et iezechi-
el ut subversionem ierusalem et fugam sede-
chie. et omnia captivorum non solum verbo sed
et habitu demonstraret. perfodit parietem et in
suis humeris exportatur. sic et zacharias
habitum stulti et imperiti pastoris assu-
mit. ut eum monstret qui venturus est.
Iste pastor non consurgit in israel quia ve-
rus pastor dixerat iam non pascam
vos quia alio nomine et in daniele propheta
et in evangelio et in epistula pauli ad the-
salonicenses. abhominatio desolationis sessu-

rex in templo dni collocat et se fratribus
ut deum q̄ et per ysaiam inīquus ꝯ̄t̄b dr̄.
et ad hoc venit nō ut saluz ꝫ ut perdat
gregem istum. Pastor .n. bonus egrotantia
pecora visitat. dispersa requirit. et elisum af-
fert. lassa sustentat. E contrario pastor
malus oīa aduersa agit. et cūctibus
pigruiū deuorans vigilans aretiū
et omnia dissoluit atq; perdit. ne rto
ingrediantur pede. Huic pastore susci-
piant iudei quem dns̄ interficiet spū
oris sui. et euacuabit illum ~~volu~~
sui aduentus ut qui nō crediderunt vitam
ne salui fierent. credent mendacio et iu
dicent et consenserint iniquitati. Desperato
aut̄ pastore pessimo stulto et imperito ad
ipsum pastorem collocat̄ sermo dirigitur.
O pastor et ydolum. Tam scelatus est
pastor ut nō ydolorum cultor. ꝫ ipse
ydolum nominet. Dum se deum appellat.
et vult ab hoībz adorari. qui derelinquit
gregem a bestiis deuorandum. quem dns̄
tanto tēpe custodierat. Gladius super
brachium eius et robur et super oculum
~~dex~~ dextrum eius quo se ante dei iac-
tabat esse sapientia. et plus videre quam
omnes retro ꝓphe viderunt. et tam ut
dei se filium vocaret. Gladius aut̄ ille
de quo et supra diximus et nunc dicimus
ex parte. de quo et ysaias loquitur. inebriatus
est gladius meus in celo. Postea aut̄ gla
dius dni super brachium eius et super
oculum illius dextrum erit. ut robur et oīs
iactantia fortitudinis ariditate siccet̄. et
scientia quam sibi falso nomine ꝓmittebat et-
ius tenebris obscuret. Cap. xii.

Onus vbi dni super isrl̄. Dicit
dns̄ extendens celum et fundans terram
et fingens spm̄ hoīs in eo. Ecce ego
ponam ihrl̄m superliminare crapule
omnibus populis in circuitu. ꝫ et iudas erit
in obsidione contra ihrl̄m. Et erit in
die illa ponam ihrl̄m lapidem oneris
cunctis populis. omnes qui leuauerint eam
concisione lacerabuntur. et colligentur ad-
uersus eam omnes gentes terre. Lex as-
sumpta vbi dni super isrl̄. Dicit dns̄
extendens celum et fundans terram et fin-
gens spm̄ hoīs in eo. Ecce ego ponam
ihrl̄m ut superliminare quod mouetur
omnibus populis in circuitu. et in iudea erit
obsidio contra ihrl̄m. Et erit in die illa
ponam ihrl̄m lapidem qui conculcatur
a cunctis gentibus. oms qui conculcauerint
eam illudens illudetur. Et congregabo
super eam omnes gentes terre. Triplex est
interpretatio est ab eo loco in quo legimus
ecce ego ponam ihrl̄m superliminare
crapule omnibus populis in circuitu usque
ad eum locum ubi scriptum est framea sus-
citare super pastorem meum. et super virum
~~coherentem~~ coherentem mihi dicit dns̄ exercitu-
um. percute pastorem et dispergentur oues.
Alii et iudeorum putant iam ex parte esse con-
pleta a zorobabel usque ad gneium pom-
peium qui primus romanorum cepit et templum
quam hystoriam scribit iosephus. Alii vero
qui ihrl̄m fuit instaurata in fine mun-
di esse complenda. quod sibi an
sio que supra stultum pas
torem legimus. iuxta aliquos gens iudea
promittit. Alii aut̄ hoc est nos qui
xp̄i censemur nomine in ecclesia usque ad
finem mundi cotidie et expleri et con-
plenda contendimus. Et ne per singula
extendamus modum voluminis. promittere
hec dicunt illi. sic alii suspicantur. nos
ita sentimus. Tres posuimus sententias
ut ex interpretationis varietate quid au
captandum sit. prudens lector intelligat

Zacharias

Dominus igitur qui celum extendit ut pellem et terram alta mole solidavit et spiritum hominis finxit in eo id est animam creator est omnium ut ex duabus substantiis anime et corporis unum animal compingeret. Spiritus enim pro anima frequenter accipitur ut in psalmo In manus tuas commendo spiritum meum. Et auferes spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur. Iste igitur creator universitatis et dominus se ierusalem superliminare crapule omnibus populis in circuitu positam esse testatur ut qui limen eius attigerit inebrietur et corruat. sive etiam superliminare in eum corruat a quo contingitur. Sed et iudas obsessa ierusalem captus a gentibus et in illarum transiens societatem coget metropolim suam obsidere. Non solum autem dominus ponet ierusalem cunctis populis quasi superliminare crapule. sed ponet illam et quasi lapidem oneris cunctis populis. quem qui levare voluerit concisione lacerabitur. congregabuntur enim adversus ierusalem omnia regna terre. Mos est in urbibus palestine et usque hodie per omnem iudeam vetus consuetudo servatur ut in viculis oppidis castellis rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis. ad quos iuvenes exercere se soleant et eos pro varietate virium sublevare. alii usque ad genua. alii usque ad umbilicum. alii ad humeros et caput. nonnulli super verticem rectis iunctisque manibus magnitudinem virium demonstrantes pondus extollant. In arce atheniensium iuxta simulacrum minerve vidi speram eneam gravissimi ponderis quam ego pro imbecillitate corpusculi movere vix potui. Cum quererem quid sibi nam vellet. responsum est ab urbis eius cultoribus athletarum in illa massa fortitudinem comprobari. nec prius ad agonem quempiam descendere quam ex elevatione ponderis sciatur quis cui debeat comparari. Sensusque ergo iste est. Ponam ierusalem cunctis gentibus quasi gravissimum lapidem ad sublevandum. Levabit quidem eam et pro virium varietate vastabit. sed necesse est dum levetur in ipso nisu et elevatione ponderis gravissimus lapis scissuram aliquam vel rasuram in levantium corporibus derelinquat. Superior littera sic interpretari potest quod cuncti persecutores qui contra domum domini dimicaverunt inebrientur eo calice quo universis gentibus propinat ieremias ut bibant et inebrientur et cadant et vomant et insaniant. Secundo persecutionis tempore multis eminus contra ecclesiam pugnare compulsos sed quamvis hoc pondus voluit sublevare levabit quidem et pro ira domini. quia corripit patres suis manibus sustentabit verum ipse non erit impunitus. dei contra se gladio dimicante. Pro lapide oneris quem nos ut potuimus interpretati sumus. lxx verterunt lapidem conculcatum a cunctis gentibus. omnis qui conculcaverit eum sive eam id est ierusalem illudens illudet. Cui manifestum est sensus quod utramque ierusalem et ab inimicis gentibus et a persecutoribus conculcanda sit. et illudenda et pro voluntate illudentium. Sed melior et verior est sensus superior. Breviter singula exponimus ut tamen veniamus ad calcem. ne si prolixius scripserimus et rerum obscuritate et sermonis longitudine lectoris ~~animus~~ animum confundat. In die illa dicit dominus percutiam omnem equum in stuporem et ascensorem eius in amentiam. et super domum iuda aperiam oculos meos et omnem equum populorum percutiam in cecitate. Lxx.

In die illa dicit dominus omnipotens percutiam omnem
equum in stuporem et ascensorem eius in amen-
tiam. Super domum autem iuda aperiam ocu-
los meos et omnes equos populorum percutiam
in cecitate. In illo tempore. Hoc et singu-
dies quibus ierusalem fuit obsessa. ita ut
iudas eam quoque obsidere cogatur. et car-
naliter et spiritualiter percutiet dominus omnes
adversariorum equos in stupore. ita ut omnes
stupeant qui eos viderint esse percussos
et ascensores eorum malorum. pre mentis
magnitudine vertentur in amentiam. Et
super domum iuda. que omnium metropolis
suarum fuit a quibus cogebantur. aperiet ocu-
los suos dominus. ut eorum misereatur. et eos
dignos suo faciat aspectu. oculorum su-
orum illustret lumine. Omnes autem equos populorum
etiam percutiet cecitate. Qui spiritualiter
equi intelligendi sunt supra diximus. Fal-
lax equus ad salutem. Et hii in curri-
bus et hii in equis et cetera huiusmodi similia
Ascensores quoque eorum vel demones vel
falsos magistros diximus. qui omnes in stu-
pore vertentur et amentiam. ut non sa-
pere videantur. sed palpabiles eos oppri-
mant tenebre. quales fuerunt quando e-
gyptiorum primitiva percussa sunt. Super
domum autem iuda. id est populum qui con-
fitetur dominum. et fractum persecutionis an-
gustiis. ac timore perterritum videtur esse
in suo persequentium. aperiet dominus oculos
suos. ut plerumque respiciat dicentes
ad se. Respice in me et miserere mei
et mereantur audire. Erit tamen dominus lumen
eorum. Hoc est confussi lapidis lapsa
quasi in adversarios suos qui ierusalem
levare et vexare conati sunt dominus
dominatur. Et dicent duces iuda
in corde suo. confortentur mihi habitato-
res ierusalem in domino exercituum deo suo

LXX. Et dicebat tribuni. id est chiliarchi
iuda in cordibus suis. Inveniemus nobis
qui habitant ierusalem in domino omnipotente deo
eorum. Cum aperuit dominus oculos suos
super iudam. et percusserit omnes equos
gentium cecitate. duces iuda de quo
supra diximus. sed et iudas erit in obsidi-
one contra ierusalem. vota facient in cor-
dibus suis quia loqui libere non audebunt
ut vincat ierusalem et victus iudas
cum hostibus vincat cum civibus suis
Pro eo quod nos diximus confortentur mihi. et
LXX transtulerunt
id est inveniemus nobis. in hebreo scriptum est
universaliter. quod aquila transtulit
id est conforta mihi ut
sit sensus. Optabunt chiliarchi et
tribuni ac duces iude. et vota fa-
cient in abscondito mentis archano.
ut deus confortet habitatores ierusalem in
domino deo suo et vincat adversarios. Iuxta
tropologiam duces ac tribuni apostoli sunt.
et omnes apostolici viri atque doctores qui christi
exercitui prefuerunt. qui nolunt sibi alios
invenire. nisi eos qui habitant in ierusalem
visione pacis. et habitent in domino omnipotente
deo suo. De huius ducibus paulus apostolus
fuit qui invenit tytum et thimotheum.
lucam atque silvanum. Petrus quoque qui
marcum scriptorem erudivit evangelii. et ceteri
apostoli qui omnem mundum sua doctrina
et eruditione compleverunt ut haberent
discipulos habitatores ierusalem. In die
illo ponam duces iuda sicut caminum
ignis in lignis. et sicut facem ignis in fe-
no. et devorabunt ad dexteram et ad
sinistram omnes populos in circuitu. et habita-
bitur ierusalem rursum in loco suo in ierusalem
et salvabit dominus tabernacula iude sicut
in principio. ut non magnifice glorietur domus

Zacharias

David. et gloria habitantium ierusalem contra
iudam. Lxx. In die illa ponam tribu-
nos iuda sicut fornacem ignis in lignis
et sicut facem ignis in stipula. et devo-
rabunt a dextris et a sinistris omnes populos
per circuitum. et habitabitur ierusalem adhuc
in ierusalem. et salva fiet dominus taber-
nacula iuda sicut a principio. ut non magni-
ficetur gloria domus david et elatio
habitatorum ierusalem super iudam. Cum du-
ces iude dixerint in cordibus suis.
conforta mihi domine obsessos ierusalem. ut
qui sua imbecillitate victi sunt. tuo vi-
re sperent auxilio. tunc ego dominus omnipotens
deus eorum. ponam principes iuda sicut
fornacem ignis in lignis. et facem in sti-
pula. ut devoret adversarios. quibus
simulata amicitia iungebantur. Devorent
autem a dextris et a sinistris. et omnes populos
circumdant in circuitu. ut rursus ierusalem
habitet in loco suo. et nequaquam hostiles im-
petus timeat. Urbes quoque et oppida
ac villas et viculos terre iude que dire-
pta fuerint atque vastata. instauret sicut
fuerunt antequam vastarentur. et nequaquam
domus regia et inclita ac magnifica tri-
bus iude et habitatores ierusalem glorientur
adversus tribum iuda quod suo regatur im-
perio. suo consilio gubernetur. sed sciant quod
domini sit in utraque victoria. Hec iuxta
hystoriam seu facta sunt seu futura fide
rerum domini iudicio relinquimus et scientibus eius
qui ab eo sapientiam et vitam spiritum recte
perierunt. nos dicamus quod in tempore persecu-
tionis ecclesie duces et tribuni nominis christi-
ani de quibus supra diximus. cum dominus pacem
reddiderit ierusalem et intulerit adversariis
suis omnes suos. fient sicut caminus ignis
in lignis. et devorent infructuosas arbo-
res. et sicut faces in stipula. ut

quorum frumenti non habent et inferunt omni
vento doctrine tradant incendio. Et de-
vorabunt magis duces iuda. et tribuni
ad dexteram et ad sinistram eos qui medio
itinere incedere noluerint. nec sciunt
ecce viri dei populus
polliceri. nec ad dexteram nec ad sinistram
declinabimus via regia gradientes. Via
dextera paruitas est. quam gradi
vocant. sinistra luxuries. media
veraque frugalitas. Omnes igitur qui sunt
in via dextera quibus dicitur ne sis iustus
nimis et in sinistra qui audiunt vie
que ad sinistram sunt perverse sunt. devorabit fla-
ma consumens. Et deletis adversariis atque
sublatis. rursus ierusalem in ecclesia pristinam
gloriam recipiet. et erit in suo statu. et
inde tabernacula salvabuntur toto orbe di-
spersa christianorum conciliabula de quibus
quasi tentoriis et tabernaculis nec cupimus
ad domum que non est manufacta et ad ce-
lestem ierusalem. Postea autem tabernacula ple-
bis. et omnis qui censentur nomine christiano
et reputantur in vulgus. antequam pacem reci-
piant obsessi ecclesiarum principibus. et in fu-
ga missis. ut nequaquam putent ingenium atque doc-
tores suam doctrinam atque sapientiam. sed domini auxi-
lio pacem ecclesiis redditam. In die illo
proteget dominus habitatores ierusalem. et erit qui
offenderit ex eis in die illa. quasi david.
et domus david quasi domus dei et angelus dei
in conspectu eorum. Lxx. Et erit in die illa
proteget dominus habitatores ierusalem. et qui infir-
mus in eis fuerit in die illa. erit quasi domus
david. et domus david quasi domus dei.
et angelus dei in conspectu eorum. Iuda op-
tinente victoriam. et domino restituente
tabernacula eius sicut fuerant a principio. ut ne-
quaquam domus regia contra populum glorietur
in die illo et in tempore illo dominus in auxilio

iudas a dextris et a sinistris adu'sari-
os deuorabit. p'teget eam obsessos
ih'lm et i nouam felicitate ac b'titu-
dine oia mutabunt'. ut qui uilissim
putabat'. sit q'si domus regia. et qui
de domo regia erat. sit quasi de domo
dei .i. q'si minist' dni. et angelice digni-
tat' in co'spectu eo' qui eo t'pe fuerint
reseruati. Iux' anagogen p'teget dns
h'itatores celestis patrie celestis post
p'secutioes grauissima reddita. qm
et sui nois impositione decorabitur
ih'lm. Ih'lm eni visio pacis expri-
mit'. et tam beati erunt qui p' celum
militauerint et i p'secutioe domini s't confessi
ut q' minim' fuit. et q'si ho i aliquo p'ro
dro qz offenderit. ponat' i ordie magno-
rum. et magni q' sciut p'seuerauerint gradu.
sunt quasi domus dei. et q'si angl's dni.
Q'uia hoc oi studio laborand' positi in
t'ra. et uario labore sudant'. ut transforme-
mur i angelicam gl'iam. Et erit in die
illa q'ram conterere oms gentes q' ve-
niunt cont' ih'lm. et effundam sup' domum
dauid et sup' h'itatores ih'lm sp'm
g're et p'cu. Lxx. Et erit in die illa
q'rit auferre oms gentes q' veniunt con'
ih'lm. et effundam sup' domum dauid
et sup' h'itatores ih'lm sp'm g're et mie.
In die illo qn p'teget dns h'itatores
ih'lm. q'ret dns conterere oms gentes
q' veniunt cont' ih'lm. Conterere aut'
non in p'ditione. s' i emendatione
ut adu'sum ih'lm militare desistant
et esse incipiant de ih'lm. Sicut eni de
nichilo creauit omnia. non ideo fecit
ut p'deret q' creauit. s' ut illi' mia
q' creata s't saluarentur. Vn' et i sa-
pia q' salomis inscribit'. si cui tn plz
libru recipe. scriptu reperit. Creauit
ut essent omnia. et salutares g'ratio-
nes mundi. et non est eis venenum
mortiferum. Sicut et venit dns ut
quereret q'd perierat. et saluat' h'iam
gen'. sic et gentes i eo p'didit' q' g'n-
tes erant adu'sarie. Deinz se' Effun-
dam sup' domum dauid et sup' h'ita-
tores ih'lm. sp'm g're et mie. De
hac g'ra scribit paul' ap'ls. Cari-
tas dei diffusa e' cordibz nris p'
sp'm sem q' dat' e' nob'. Et i sapi'n
dco volunte co'tinet'. q' in celo s't quis
inuestigant' n' q' tu dedisti sapiam
et sp'm scm tuum misisti de excels'.
Et correpte s't semite eo'. q' versa-
bant' in t'ra. et q' t' placet erudit'
s't hoies. Et i ysaia loq't' dns. Dedi
sp'm sem sup' te. Et rursu' de eccl'e.
scriptura co'memorat. dedi sp'm meum s'r
eu'. Ho'm aut' effusionis sp's larg'itat'
ostendit. sicut manifestu' est in eo q'd dic'
mus. caritas dei diffusa e' in cordibz
nris. Et in alio loco ex p'sona dei.
Effundam de sp'u meo sup' oem car-
ne. Q' sit aut' sp's g're. ide ap'ls
loquit' ad hebr'os. Q'uanto mag' pu-
tatis deteriora mereri supplic' eu' q'
filium dei conculcauerit. et sanguine
testam'ti pollutum duxerit. i quo sanctifica-
tus est. et sp'm g're contumelia fecerit.
Vn' et sp's y' sci dicitur g're esse diuini.
Et salutat' ap'li g'ra m'quit vob' et
pax multiplicet'. Ut postqz nobis
p'cca condonauerit tu' pax p'missa
consequat'. Hec iudei ex p'te iam
sunt et plenius i consumatione mundi
futura co'memorat. Nos aut' post aduen-
tum xpi cotidie impleri intelligimus
et p'bamus. Et aspicient ad me
quem confixerunt et plangent eu'

planctu q̄ſi ſup̄ unigenitū. et dolebū
ſup̄ eū ut doleri ſolz ī morte p̄mogē
niti. lxx. Et aſpicient ad me pro eo
q̄ inſultauerūt. et plangent ſup̄ eo
planctū q̄ſi ſup̄ cariſſi͞m. et dolebunt do
lore q̄ſi ſup̄ unigenitū. Hebrȩe litte
deleth et res hoc eſt d et r ſimiles ſ͞t.
et pro tītulo apice diſtinguūt. ex quo
euenit ut eadem u͞ba diuiſe legentes aliter
atq; aliter tranſtulerint. Intellige q̄ndam
unū deni quoq;. Et veſtitus erit iugit
erit ſamuel ephod bad. i. indumento
lineo. bad .n. linū appellat̄. unde et
baddim linia dicunt̄. Ꝓ quo hebreo
lattinꝰ p̄inde male quide legat
ephod bar. Siquidē bar aut filius
appellat̄ aut frumentū manipul' a'
electus aut   i. triſp'. q̄
ī errore interp̄tationis accidit ex a hir
ſtū deprehendimus. Si eū legantur
decani   i. ap̄puerint
ſiue aſpexerint accipit̄. pl̄anti cōmo
ordine literis cōmutatis tamen
         i. ſaltauerunt intelligit̄.
Et ob ſimilitudinem litter̄ error ē natꝰ.
Johes aūt ewangelista qui de pectore dñi
hauſit ſapiam hebrus ex hebrēis. quē
ſaluator amauit plurimū. dno inte͞pe
tiauit. ſ͞cd̄m textū literæ. amueter ſ͞z u͞bum
interp̄tatum eſt de iſo ut in helō legerāt.
et ſ͞c dñice paſſionis dicit eē cōpletum.
Qd̄ ſi quis nō recipit det teſtio͞m
de quo ſcām ſcripturaz loco iohēs iſta
ꝑtulerit. et cū nō reppererit coget̄ int̄
nis ſūſcipe uitate. Plangent autem
iudei q̄ſi ſup̄ unigenito et p̄mogenito.
ipſo ſignificante in dño ſaluatorē et
unigenito et p̄mogenito. Unigenitus ſ͞c
ſit ne ͞gnitate. p̄mogenitus uiue aplīn
ex mortuis reſurge͞m. Ꝓ unigenito
cariſſi͞m lxx tranſtulerunt. de quo ī evāng̃
legimꝰ. hic eſt filiꝰ meꝰ cariſſimus in
quo m̄ complacui. Talē dolebunt a ſecu
oſtēri. cū uiderint eū ī claritate reg-
nante. Ubi

apud grecos. nō ab illuſione. ſ͞z a ſalti
tempori eſt. q̄ ſ͞z cōn dñim ludenꝰ
quaſi ſaltauerūt. qui dicebāt illu-
dentes atq; irridentes. ua qui deſtruit
templū. et ī tribz diebus edificat
illud. ſaluū fac temetipſū deſcendens
de cruce. hec et alia illudētes et qua-
ſi amēte tripudio ſaltātes loq̄bant̄.
In die illa magnus erit planctus ī ihr̄lm.
ſicut planctus adad remon in campo
mageddo et planget t̄ra familie et
familie ſeorſū. Familie domus dd̄ ſeorſū
et mulieres ſiue uxores eoꝝ ſeorſum.
Ubi eū hebrȩus

utriq; ſ͞c. Familie domus na-
than ſeorſū. et mulieres eoꝝ ſeorſū.
Et familie domus leui ſeorſū et mu-
lieres eoꝝ ſeorſū. Familie ſemei ſeor-
ſū et mulieres eoꝝ ſeorſū. Omnes fa-
milie reliq̄ familie et familie ſeorſū et
mulieres ſeorſū. lxx. In die illa magn'
erit planctus ī ihr̄lm. ſicut planctus mal-
gnati. qd̄ ī campo ſuccidit̄. et plan-
get t̄ra ꝑ tribus ac tribus. Tribus
dauid ſeorſū. et mulieres eoꝝ ſeorſū.
Tribus domus nathā ſeorſū et mu-
lieres eoꝝ ſeorſū. Tribꝰ domus leui
ſeorſū. et mulieres eoꝝ ſeorſū. Tribꝰ
ſymeon ſeorſū et mulieres eoꝝ ſeorſū.
Omnes reliq̄ tribz ſeorſū et mulieres eoꝝ
ſeorſū. Adad remon ꝓ quo lxx tranſ
tulerunt   urbs eſt iuxta
therinhel. que hoc olim uabulo nū-
cupata eſt. et hodie uocat̄ maximiano-
polis ī campo mageddo. In q̄ ioſias

iosyas rex iustus a pharaone cogno-
mento nechao occisus est. super quo
lamentationes scribit ieremias. que le-
guntur in ecclesia. et scripsisse eum parali-
pomenon testatur liber. Sicut igitur
eo tempore post reges priores. spes omnis
populi erat in iosia. et occiso eo magnus
planctus in orbe commotus est. sic legimus
in hebreo. spiritus oris nostri christus dominus
captus est in peccatis nostris cui diximus
in umbra tua uiuemus in gentibus. Licet
aliter iuxta sensum spiritalem. hoc referunt
ad dominum ihesum. ita crucifixo domino sal-
uatore. renouabitur planctus in ierusalem.
sicut quondam fuit in urbe adedremmon
in campo mageddo. Et deinceps se plangent
familie et familie. siue tribus et tribus
seorsum. familie domus dauid seorsum.
et uxores siue mulieres eorum seorsum.
hoc fiet quoque tempore tribulationis et luctus
non de ceteroque frui re coniugiis et operi
nuptiarum. Unde et iohel captiuitate
propinqua dicit ad iudeos. Egrediatur
sponsus de cubili suo et sponsa de
thalamo suo. Et inpendente diluuii-
o imperatur noe. ingredere in archam
tu et filii tui. et uxor tua. et uxo-
res filiorum tuorum. Et postea sicco di-
luuio dicitur ad eum. egredere tu et
uxor tua et filii tui et uxores eorum.
Ut qui in archa in periculo discrimine
fuerant separati. reddito mundo generationi
et liberis deseruirent. Hoc autem non
solum fit tempore angustie. sed et tempore orationis
quando uolumus dominum deprecari dicente apostolo
ad corinthios. nolite fraudare in-
uicem nisi forte ex consensu ad tempus. ut
uacetis orationi. Igitur et nunc tribus do-
mus dauid. et tribus domus nathan
et tribus domus leui. et tribus domus

semei. a suis uxoribus separantur ut
plangant unigenitum et primogenitum
dominum ihesum de quo dixerant sanguis
eius super nos et super filios nostros.
In dauid regia tribus accipitur. hoc est
iuda. In nathan propheticus ordo describi-
tur. Leui refertur ad sacerdotes ex quo
ortum est sacerdotium. In semei doctores
accipiuntur. ex hac enim tribu magistrorum
agmina pullularunt. Reliquas tribus
tacuit. qui non habent aliquod priuilegium
dignitatis. In eo autem quod ait omnes
tribus reliquae tribus et tribus seorsum.
et uxores eorum seorsum. uniuersas absque
nomine comprehendit. Adremmon autem iuxta
lxx appellatur non una arbor
malorum granatorum id est mali punici. sed
locus huius arboribus consitus. De quo
iuxta intelligentiam spiritalem. sponsus
dicit in cantico canticorum. Descendi ut
uiderem in torrentis germine. si flo-
ruissent uinea. si floruissent ma-
la punica. Descendit enim saluator ad
torrentem huius seculi. et turbidas a-
quas de quibus et in typo helyas
bibisse describitur. ut post flores uinee
et post mali punici fructum utrumque sus-
ciperet. et inebrians ecclesiam suam au-
diret ab ea. potabis me de uino
unguentario. de uino malorum gra-
natorum meorum. Huiuscemodi pomo
non solum estus stomachi frangitur. sed et
corruptum uentrem sanare dicitur. et re-
liquis prodesse uisceribus. Nichil hoc
pomo pulchrius. in rubore ecclesie sanguis
significat uerecundiam. in granorum ordine
[illegible] gradus et membra totius corporis
per singula officia distributa. Si uero in
huiuscemodi uinea et malis fructum sal-
uator non inuenerit dicet. Dimice

palmitem non ferentem fructum tollet
pater et omnem qui fert fructum purga
bit eum ut fructum plus afferat. Et
in alio loco Johannes baptista clamat
Iam securis ad radices arborum
posita est. omnis arbor que non
facit fructum excidetur et in ignem mittetur
In summa sicut vitium vel malorum. qui
in die iudicii omnia deponet no-
mina dignitatum. et impletum fuit quod
scriptum est. ecce homo et opera eius
et palee separate a tritico. erit planc-
tus magnus non in alio loco. sed in
Jerusalem. Et ter plaga atque iudicium
a summis incipiet. reges et sacerdotes et
prophete et doctores tondet manibus
peccatorum. cum mala pulchritudinem viderent
esse summa. et eum quem confixerunt in
?? ac sua maiestate regnare. Capitulum XIII
In die illa erit fons patens
domui David et habitantibus Jerusalem
in ablutionem peccatoris et menstruate
Lex. In die illa erit omnis locus aptus in
domo David et inhabitantibus Jerusalem
et in transmutatione et in aspersione
De hoc fonte qui egreditur de domo
David et in Ezechiele propheta scribitur
quod erumpat fons in domo domini. et crescit
in fluvium qui appellatur aqua re-
missionis et indulgentie. et pergat
ad solitudinem. et ad mare quod nunc
vocatur mortuum. pisces que omnes vivi
ficet. et ex utraque ripa fluminis
variis generibus consurgant arbores. per
singulos menses suis novis fructibus
habundantes. Et ut sciamus domum hoc
est templum dei reparari esse domum Da
vid. quod in Ezechiele domus dei. in
Zacharia domus David appellatur
Hic fons de domo dei egrediens

refertur ad ecclesiam. et ad fidem scriptu-
rarum. ut omnes renascantur in Christo. et
in aqua baptismatis intra nobis peccata
doleant. Nichil immundi menstruata
quod quod attigerit. immundum fiet. Et huius
tamen sordes Christi abluentur baptismate
ablutione peccatorum et menstruate lex
transtulerit transmutatione et aspersione
quod de lege transeamus ad evangelium. de littera
ad spiritum. de umbris ad veritatem. pro bobus
et parentibus fictum et ethica succedant
Aspersio autem sanguinis domini significat de
quo et Petrus apostolus loquitur. Gratia nobis
et pax multiplicetur in obedientiam et aspersio
nem sanguinis Jhesu Christi. Et rursum Scien
tes quod non corruptibilibus argento et au
ro redempti estis sed sanguine precioso. ut
agni immaculati et purissimi. quo qui
aspersus fuit et redemptus dicere potest cum
propheta. Asperges me ysopo et mundabor
lavabis me et super nivem dealbabor.
Et erit in die illa dicit dominus exercitu
um. disperdam nomina ydolorum de terra. et
non memorabuntur ultra. et prophetas et
spiritum immundum auferam de terra. Lex
Et erit in die illa dicit dominus sabaoth
disperdam nomina ydolorum de terra. et non
erit ultra eorum memoria et pseudo pro
phetas et spiritum immundum auferam de
terra. In die illa quam crebro commemo
rat omnia ydola auferentur de terra
sive illa ydola de quibus propheta dicit.
simulachra gentium argentum et aurum opera
manuum hominum. ut nulla sit alia re
ligio nisi tantum nominis christiani. et de quibus
in propheta scriptum est ululate sculptilia
in Jerusalem et in Samaria. sicut enim feci
Samarie et sculptilibus eius sic faciam
Jerusalem et ydolis eius. sive hec ydola
de quibus apostolus loquitur. Spiritus autem mani

feste dicit. quia in novissimis temporibus rece-
dant quidam a fide. attendentes spi-
ritibus seductoribus et doctrinis demonio-
rum in ypocrisi falsiloquorum. cauteriatam
habentium conscientiam suam. Dicitur et ydola
fuit manu artificis. ita hereticorum perversa
doctrina. quodcumque simulaverit vocatur ydolum
et fit pro Christo adorni ~~antixpm~~ antichristum
De pseudoprophetis in hebreo absolute
legitur prophete. i. nebiim quod et ipsi pseu-
doprophetas significant. sed tamen et ab eth-
nicis sacerdotes ydolorum vocantur prophete.
Et erit cum prophetaverit quispiam ultra et
dicent ei pater eius et mater qui genuerunt
eum. Non vives quia mendacium locutus es
in nomine domini. Et configent eum pater et mater
eius qui genuerunt eum cum prophetaverit.
LXX. Et erit si prophetaverit homo ultra
et dicet ad eum pater eius et mater sua
qui genuerunt eum. Non vives quia men-
dacium locutus es in nomine domini. Et com-
pedient eum pater eius et mater eius qui
genuerunt eum cum prophetaverit. Sublatis
ydolorum de terra sublatis et pseudopro-
phetis atque inmundo spiritu qui loquebatur
in eis si quis ultra temptaverit voluerit
et quispiam ex persona domini ~~prophetaverit~~ pro-
phetare. statim pater eius et mater obliviscentur
parentum ut deo teneant servitutem. et
perficient contra filium mortis sententiam. et tam
pie erunt omnium inmites ut non expectent
publicum iudicium sed perimant quem tenent sententia sunt
primitus. Pro quo quod nos diximus configent
eum. idem verbum est in hebreo quod supra
diximus. Quam ergo vocem LXX interpretes
insultaverunt sive
illuserunt. et ut verbum de verbo exprima-
rent ea saltaverunt. et hic
transferre voluerunt. in com-
pedient. cum et aquila et symmachus
et theodotio et quinta et hic similiter verterunt
confixerunt. Rectius autem qui falsa prophetaverit
homo appellatur est dicente apostolo. Cum
enim sint inter vos emulationes conten-
tiones. nonne carnales estis et secundum
hominem ambulatis? Et in psalmis
Vos autem sicut homines moriemini et sicut
unus de principibus cadetis. Et indignus
spiritu dei meretur audire. non permanebit
spiritus meus in hominibus istis quia carnes sunt.
Et erit in die illa confundentur prophete
unusquisque ex visione sua cum prophetaverit
nec operientur pallio saccino ut mentiantur.
Sed dicet non sum propheta homo agricola
ego sum. quoniam adam exemplum meum ab ado-
lescentia mea. Et dicetur ei quid sunt
plage iste in medio manuum tuarum?
Et dicet. His plagatus sum in domo
eorum qui diligebant me. LXX. Et confundentur
erit in die illa prophete unusquisque in visi-
one sua cum prophetaverit. et induentur
pellem cilicinam quia mentiti sunt. Et
dicet non sum propheta ego quia homo ge-
nuit me a iuventute mea. Et dicam
ad eum quid sunt plage iste in medio
manuum tuarum? Et dicet quibus per-
cussus sum in domo diligentis me.
Qui prophetare temptaverit et perversum in-
dicio fuit deprehensus. et vaticinium il-
lius falsitatis reus convictus exitum ap-
probavit. confundetur ex visione sua. nec
ultra operietur cilicio ut mentiatur. Hic
enim erat habitus prophetarum. ut qui populum
ad penitentiam provocabant induerentur ci-
licio. Unde et ysaie precipitur ut auferat
saccum de lumbis eius et nudus incedat.
Necessarius enim erat tempore penitentie. sed imminente
captivitate. Ergo et iste pseudoprophetes
necessarie habitum prophetalem arripiet. ne sub
alieno vestitu et opinione simplices

quos sp decipiat. s magis tra fundat
vome. et agricultur ego dedi hoiem
se pbabit. dicq scriari sine q locutum
est ad adam. Maledicta terra in opere tu-
o. in laboribus comedes ex ea cunctis die
bus vite tue. spinas et tribulos germina
bit tibi. et comedes herbas terre. in sudore
vultus tui vesceris pane. Cuius se con
deit ad hoc narrat. ut in sudore vultus
sui comedat panem suum. interrogabit
eum alter et dicet. Quid sibi volunt
iste plage et hec vulnera. que in medio
manuum tuarum sunt. Et est sensus
Quare adhuc patibulo vel crucis manus
tue transfixe sunt clauis. vel quid commisi
sti ut huius pene et mariu subiaceres
Et ille videbit et dicet. hec vulnera
et has accepi plagas perdens meorum
iudicio deceptus. et eorum qui me non
oderunt sed amabat. Et in tempore fugato
mendacio virtus obtinebit. ut etiam
ipse qui suo pulcrum est vitio. artem profes
sum se esse fateatur. Hebrei hoc quod
scriptum est nec operientur pallio saccino
ut mentiantur sic edisserunt. Et non
replebuntur spiritu demoniaco quos

id est pylosos in ysaia
legimus. nec pro hanc orationem et men-
tem hominis dei in se eloquia mentiantur
sine deum negent. Ac hesue et et men-
tiantur et negent intepretati pater Fra-
mea suscitare super pastorem meum et super
virum coherentem mihi dicit dicit dominus exer-
cituum. Percute pastorem et dispergantur
oues. et cuitam manum meam ad parvu-
los. et erunt in omni terra dicit dominus partes
due. et dispergentur et deficient. et tercia pars
relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ig-
nem. et uram eos sicut uritur argentum. et
probabo eos sicut probatur aurum. Ipse

inuocabit nomen meum. et ego exau-
diam eum. Dicam populus meus es. et ipse
dicet dominus deus meus. lxx. Framea con-
surge super pastorem meum et super virum
ciuem eius dicit dominus omnipotens. Percute pas-
tores et dispergentur oues. Et inducam
manum meam super pastores. Et erit in die
illa dicit dominus. due partes peribunt et defi-
cient. et tercia pars relinquetur in ea. Et transdu-
cam terciam partem per ignem. et uram eos sicut uritur
argentum. et probabo eos sicut probatur aurum.
Ipse inuocabit nomen meum et ego exaudi-
am eum. Et dicam populus meus iste est.
et ipse dicet dominus deus meus es tu.
Pro framea quam lxx
transtulerunt in hebreo arepl. aput aqui-
lam et symachum macheram id est gladium
siue mucronem reperimus. Et pro eo quod nos
uertimus super virum coherentem mihi
aquila interpreta-
tus super virum contribulem meum
symachus super virum popli
mei. quod hebraice dicitur amiu. lxx
super virum ciuem eius. theodotio super-
virum proximum eius. vau in fine sermonis pro
ioth legentes que littera sola inter se distat
magnitudine. et si ioth legatur meum sig-
nificat. si vau eius. Hoc autem quidam
hanc prophetiam quam evvangelium matheus
retulit ad dominum saluatorem. postquam
in passionem eius fugere discipuli. et tunc ea
dicit esse completam. allegoricis interpretationibus vel
le temptare. et dum pla cupiunt videri
nosse. scripturarum regulam vitant non tenere.
Refert enim evvangelium matheus. Tunc dicit
illis ihesus. omnes vos scandalum patiemini
in me in ista nocte. Scriptum est enim
percutiam pastorem et dispergentur oues gre-
gis. Et iterum. Hoc autem totum factum est. ut
implerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli

omnibus relicto eo fugerunt. Sic putandum
de alio loco assumptum testimonium. quia in euan-
gelio deus a se dicit pastorem esse per-
cussum. et in primo loco gladio atque mu-
cronem legimus imperatum. percute pastorem
et dispergentur oves. Hic gladius et
hec rumphea est et framea de qua in
xxi° psalmo dominus loquitur ad patrem. Erue
a framea animam meam. et de manu canis
unicam meam. De hac rumphea et in
Amos propheta scriptum est. In gladio mori-
entur omnes peccatores terre. quod iuxta litteram
penitus stare non potest. Multi enim pecca-
tores naufragio pereunt. alii veneno. alii
in aquis suffocantur. illos consumit incen-
dium. Hoc autem gladio et hac rumphea
omnes intereunt peccatores et tetri coloris
ethiopes. de quibus sophonias sancto
ore testatur dicens. Sed et vos ethiopes inter-
fecti gladio meo eritis. Postquam pastor
bonus qui animam suam posuit pro ovibus
suis. qui locutus est ad patrem. quem
tu percussisti ipsi persecuti sunt. et super do-
lorem vulnerum meorum addiderunt. patris
voluntate percussus est. et unus cum eo deus
ait. ego in patre et pater in me. pepen-
dit in patibulo et dixit. pater in manus
tuas commendo spiritum meum. statim disper-
se sunt oves omnis multitudo in christo credentium.
Convertit dominus manum suam ut in lxx
legitur ad pastores. quos multi male
iudeorum principes intelligunt. Ut autem in
hebreo scriptum est ad parvulos de quibus
dominus dixerat in evangelio. ne timeas grex
pusille. et in ysaia. ecce ego et pueri
sive parvuli quos mihi dedit dominus. Et
due partes facte sunt in omni terra iudeorum
atque gentilium que prius perierunt et defece-
runt. In passione autem eius. vox psalmiste
completa est dicentis. Salvum me fac

domine quoniam defecit sanctus. Et omnes decli-
naverunt simul inutiles facti sunt. non est
qui faciat bonum. non est usque ad unum.
Pereuntibus ergo gentibus et iudeis tertia in
orbe pars hoc est tertius christianorum populus
repente surrexit. Et pulchre autem tertia
pars relinquitur in ea hoc est in terra. quia
de iudeis atque gentibus hii qui dominum
confessi sunt. soli vite et humanitati terre
reservati sunt. Ipsa quoque tertia pars ne deli-
catam esset et securam confessio. quasi argentum
et aurum per ignem ducuntur et probantur. quod et
dominus in ardentibus ardore cupit. et paula-
tim ferrum desiderat. Unde et apostolus in spiritu et
igne dominum baptizare loquitur. In psalmo
Quoniam probasti nos deus igne nos exami-
nasti sicut examinatur argentum. Et post pau-
lulum. Transivimus per ignem et aquam et in-
duxisti nos in refrigerium. Et in alio loco
dicitur ad credentem. Si transieris per ig-
nem flamma non comburet te. quia tecum sum.
Ignis autem non consumit incendium et fla-
ma non devorat. quia vox domini inter-
cidentis flammam ignis. Cum sic probati
fuerint parvuli super quos convertit dominus
manum suam. et per commonitionem eorum omnium
nationum turba crediderit. tunc credentium
populus vocabit christum nomine suo. et illo
dicente. tu es populus meus. populus respon-
debit dominus deus meus es tu. Iudei
hec ad christum referunt. et in ultimo tempore
futura contendunt. Sed hoc inter nos et
illos est. que nos expleta iam dicimus
illi explenda contendunt. Capitulum
xiiii.

Ecce dies veniunt domini
et dividentur spolia tua in
medio tui. et congregabo omnes gentes
ad ierusalem in prelium et capietur civitas
et vastabuntur domus. et mulieres viola-
buntur. et egredietur media pars civitatis

in captiuitate et reliquum populi non auferetur
ex urbe. Lex. Ecce dies veniunt domini
et diuidentur spolia tua in te. et con-
gregabo omnes gentes super ierusalem ad
bellandum. et capietur ciuitas. et diri-
pientur domus. et mulieres polluentur.
et egredietur media pars ciuitatis in capti
uitate. reliquum autem populi mei non per-
ibit de ciuitate. Dies quos ventos
dominus comminatur. ut diuidat spolia
ierusalem in medio eius. et certum est propheticalis
hic sermo complendus. Ipsi sunt de quibus et in
ysaia legimus. dies domini insanabilis
veniet furoris et ire. ponere totum orbem
in solitudinem et peccatores auferre de eo.
Diuina autem necessitas est. ut spolia eius
diuidantur in medio illius. Solet hoc fre-
quenter accidere. ut que subito impetu in ciui-
tate direpta sunt. foris in agro aut in
solitudine diuidantur ne forte hostis
superueniat. Hic autem tanta malorum pondus
imminebit. ut que direpta sunt in ciuitatis
medio diuidantur pro securitate victorie.
Et non solum capietur ierusalem. a cunctis gen-
tibus aduersus eam in prelium congregatis. sed
et vastabuntur domus habitantium ierusalem
et mulieres violabuntur in dolorem virorum
et maritorum. qui nec propugnatione domo-
rum. nec ~~vxorum stuprum~~ vxorum stuprum
ab hostibus prohibere potuerunt. iuxta id
quod legimus alibi. Viri congregati
sunt in medio tui. gladio cadent. et fi-
lios viros in conspectu viro allident. et
domos viris depredabuntur. et vxores
viris habebunt. Quo nec crudelius nec quod
miserius inueniri potest. ut timore mortis
proprie. nec saluti filiorum. nec vxorum pu-
dicitiam defendere audeant. Hoc iuxta
et amos propheta ad amasiam impium
sacerdotem comminans loquitur. vxor tua

in ciuitate fornicabitur. et filii tui et fi-
lie in gladio cadent. et humiliatio fili-
orum veniet. Et hec populo iudeorum vniuer-
sa contingent. quia fremuerunt gentes et
populi meditati sunt inania. astiterunt re-
ges terre et principes conuenerunt in
vnum. aduersus dominum et aduersus christum eius.
Qui irrisit et subsannauit eos. et
in furore suo turbauit illos. in tantum ut
amplius quorum dies eius annos. qui ad
penitentiam dati fuerant iam esse completos. et
intelligi illos in negatione persistere
qui occiderunt dominum et prophetas. et
apostolos persecuti fuerunt. decreuit peruenit
super eos ira in finem. Hec omnia plenis-
sime iosephus. qui iudaycam scripsit
hystoriam. et multa maiora quam le-
gimus in prophetis eos sustinuisse commemo-
rat. Cornelius quoque tacitus qui post
augustum. usque ad mortem domiciani
vitas cesarum xxx voluminibus exarauit.
Quod autem media pars capta sit ciui-
tatis. et reliquus populus in vrbe perman-
serit. et in illo tempore. et in aliis approbatur
septentrionalem urbis et inferiorem partem esse
captam. montem autem templi et syon
in quo arx erat integram remansisse.
Iudei hec sub gog dicunt esse complenda.
aliis temporibus macedonum et egyptiorum di-
cesarum quoque gentium ex parte vastata illos
temporibus vastatis domini sinagogam relictos que
scripta sunt explanemus. Et egredietur
dominus. et preliabitur contra gentes illas. sicut
preliatus est in die certaminis. Et stabunt
pedes eius in die illa super montem oliua-
rum. qui est contra ierusalem ad orientem
et scindetur mons oliuarum ex media
parte sui. ad orientem et ad occidentem
prerupto grandi valde. Lex. Egredietur
dominus et preliabitur contra gentes illas

sicut in die dimicationis et in die prelii.
et stabunt pedes eius in die illa super
montem olivarum. qui est contra Ierusalem
ad orientalem plagam. et scindetur mons
olivarum. media pars eius ad orientem et
media pars illius ad mare. voragine
magna nimis. Egredietur deus et pug-
nabit contra gentes. et stabunt pedes eius
super montem ~~olivarum~~ olyveti et cetera. que
in scripturis dicta. et
non carnaliter continentur digne deo
debemus accipere et intelligere. cum loquatur
apostolus qui est imago dei invisibilis et
rursum. Regi autem seculorum incorruptibili
invisibili deo. Et in evangelio scriptum est.
deum nemo vidit umquam. unigenitus
filius qui est in sinu patris. ipse enarra-
vit. Et iterum. Non quia deum vidit quis-
quam. preter eum qui est de patre. Sicut
manum eius et pennam et aures et manus
et pedes et ventrem et oculos et cetera
corporis membra pro varietate causarum et sen-
suum interpretamur accipimus. sic et hoc
quod scriptum est egredietur dominus et pugna-
bit. more illud accipiendum quod in aba-
cuc legimus. Egressus est in salutem
populi tui. in salutem cum christo tuo. Et in
michea. Quia ecce dominus egredietur
de loco suo. et descendet et calcabit su-
per excelsa terre. et consumentur montes
subtus eum. et valles scindentur. In
ysaia quoque. Dominus [illegible] egredietur.
et conteret bellum. et suscitabit zelum
et clamabit super hostes suos cum for-
titudine. Egredietur ergo deus de loco
suo. quando qui tunc mansuetudinem
et clementiam suam per ~~m~~ emendati-
one peccatorum rupe cogitur. qui cum pe-
nam dulcis sit. vitio nostro
id est amaris efficitur nostro

sibi. sed patientibus. quibus amara tormen-
ta sunt. Iste qui alibi loquitur per prophetam
ego sum deus et non mutor. et ad ipsum
dicitur. tu autem idem ipse es et permanebis.
et in epistola iacobi. apud quem non est
mutatio. nunc egreditur et pugnat. sicut
in die certaminis. quando pharaonem submersit
in mari rubro. et pro israelitico populo dimi-
cavit. Et stabunt pedes eius hiis quorum
[illegible] fuit. et nequaquam movebuntur.
Ut rursum de eo dici possit. Et dominus
tuba canit et ambulat in commotione
ire sue. et ambulat declinante iam
sole et vicinis tenebris post meridiem
quod super adam eum fecisse legimus. Sic
stetit non stabit in valle et in locis
humilibus. sed in monte. qui non infructuosas
arbores habeat et silvam sterilem. sed ubi
olivetum nascitur. quibus aliter lumen
creatur. et solvuntur infirmitates. et requies
lassis tribuitur. Et ipse mons olivarum
in quo constant pedes domini contra Ierusalem
est et ad orientem unde oritur sol iustitie
illiusque olivis consitum de quibus dicitur.
Filii tui sicut novelle olivarum in
circuitu mense tue. Cuius media pars
scinditur ad orientem. in qua sunt arbores
plantate de gentibus. De quibus unus loquitur
Ego autem sicut oliva fructifera in domo
domini. Et alia media pars scinditur ad
occidentem et mare. [illegible]
valde qui contentionis est populus
ille quem deus loquitur per prophetam. Quid
dilectus meus fecit in domo mea abo-
minationem. Numquid vota et carnes
sancte auferent a te malitias tuas. aut in
hiis effugies. Hec dilectus in domo
dei fecit abhominationem. cum dei filium
crucifigeret et audiret. Oliva um-
brosa et nemorosa pulchritudine

vocauit dominus nomen tuum et inuti-
les fructus filiis tuis. Qui fracti sunt
de bona radice ut nos in eorum loco
insereremur. Et ac adiunte mistica scrip-
turarum. quod media pars que vergit
ad occidentem. et salsis atque amaris
fluctibus tenditur. non in mari simul
ee dicitur. sed in prerupto maris vora-
gine et ingentia nimis. De qua
et mycheas loquitur. Detraham in
valle lapides eius haut dubium
quin ihrlm et fundamenta eius reuelabo
Hoc ut in locis difficillimis et
valde obscuris. pro tenuitate virium
nostrarum diximus. Ceterum iudei occidente
literam sequentes. conantur ostendere stare
deum super montem oliueti. et ipsum mon-
tem in duas partes esse diuisum ut contra
orientem vnam partis habeat scissuram pre-
cipitii. et altera pars sine tendat ad oc-
cidentem. et in medio valle prerupti.
alia pars ad aquilonem. ad austrum
alia diuidatur. Et separabitur medium
montis ad aquilonem. et medium eius
ad meridiem. et fugietis ad vallem
montium eorum. quoniam coniungetur vallis mon-
tium usque ad proximum. Et fugietis
sicut fugistis a facie terremotus in die-
bus ozie regis iuda. Et veniet dominus
deus meus. omnesque sancti cum eo. lxx.
Et inclinabitur medium pars montis ad a-
quilonem. et media pars eius ad aus-
trum. et replebitur vallis montium eorum
et adiungetur vallis montium usque ad aza-
el. et replebitur sicut repleta est a
facie terremotus in diebus ozie regis
iuda. Et adueniet dominus deus meus
et omnes sancti eius cum eo. Pro eo quod
nos diximus fugietis lxx et reliqui
interpretes
i. obturabitur

sine replebitur transtulerunt. Et pro eo
quod nos posuimus quoniam coniungetur vallis
montium usque ad proximum. pro proximum lxx. a-
zael transtulerunt. aquila ipsum verbum hebray-
cum posuit asel pro littere hebraicam. theo-
docio pro extensam. solus symachus proximum
interpretatus est. quem et nos secuti sumus
Diximus ut possint
patere que scripta sunt. Cum mons oliueti
grandi voragine preruptus fuerit. ita ut
vna pars voraginis ad orientem. altera ad
occidentem inspiciat. repente et in ipsa
voragine excelso ex vtraque parte prerupto
alia vorago rumpetur ad aquilonem. alia
ad austrum et preruptum quadrangulum fi-
et ut quadrifaria in quatuor plagas. orientis
et occidentis. et aquilonis. et austri
vorago tendatur. Et fugietis inquit
ad vallem que est inter templum et syon
Hii enim templi et syon duo montes.
dei montes appellantur. quia vallis illa
montis oliueti. que preruptis hinc atque
inde montibus cingitur. usque ad templi mon-
tem qui sursum est sua voragine trahitur
Terremotus autem in diebus ozie regis
illius temporis traditur. quando ozias qui alio
nomine azarias dicitur. illicitum sibi sacerdoti-
um vendicans ronam. lepra percussus
in fronte est. De quo terremotu et
amos primo legimus. verba amos qui fuit
in pastoralibus thecue. que vidit super israel
in diebus ozie regis iuda. et in diebus
ieroboam filii ioas regis israel ante du-
os annos terremotus. Denique postquam
hic mortuus est rex scelestus ad cuius
interitum omnis terra commota est. vidit
ysaias visionem magnam quam suo vo-
lumini intexuit. Cum sequamur ad intel-
ligentiam spiritualem. Postquam mons oliua-
rum ad orientem et ad occidentem. vorago

genitum et abiectionem iudeorum fuit sep-
aratus. rursum alia scissura fiet aquilonis
et austri. Aquilo iungetur occidenti au-
ster orientali plage. Ad sinistram stabit
circumcisio. ad dexteram populus christianus.
De hiis duobus ventis canticum loquitur.
Surge aquilo et veni auster. ut aqui-
lone vento frigidissimo recedente. quia
figuratur dyabolus. auster calidus ventus
adveniat. Cui sponsa presens ait.
ubi pascis ubi cubas in meridie.
De quo et abacuc propheta loquitur.
Deus de theman veniet. pro quo in hebr-
eo scriptum est ab austro a luce plenis-
sima. De qua et alibi psalmista clamat
Illuminans tu mirabiliter a montibus eter-
nis. Cum autem tanta fuit duorum populorum
in toto orbe divisio. ut alii ad orien-
tem et austrum id est ad dexteram. alii ad
aquilonem et occidentem ad sinistram
vix sepentur. tunc certum scitis est fugiet
ad vallem montium dei de quibus supra
diximus templi et syon duo videlicet
testamentorum. Cum vorago illa que pre-
fuerat utrisque montibus. tendetur usque
ad asael. hoc est usque ad dominum dei
que vicina est paradiso et celesti
ierusalem. et novi scilicet in quo templum
situm est. Et sicut eo tempore quo sub
ozia rege lepso vehementissimus terre
motus mortalium corda perterruit.
et tritos hinc illincque dispersit. ita
duorum populorum separatio et rursum con-
cordia in unam fidem sociatos. inter
duos montes placabili sede residet.
quia vetus et novum instrumentum coniun-
git ungetur. Quod autem dicit usque ad a-
sael. id est usque ad proximum. hoc significat iuncta
quidem sibi esse duo instrumenta legis
et evangelii. sed ita iuncta ut magis

vicina sint quam unita. Multa et veteris le-
gis carismata et nove gratie suscepimus.
Cum autem hoc fuit tunc perfectum. tunc veniet
incarnatus dominus deus meus omnesque sancti cum eo.
Simul autem voluimus pro eo quod nos diximus
fugiet. sequitur id quod alii interpretes tran-
stulerunt. optinabitur sive replebitur
vallis montium eorum. hoc dicens quod adven-
tus domini salvatoris duobus inter se po-
pulis separatis optinuerit. et repleat eam
voraginem. que duos populos divide-
bat. et ut plana via ad se mutuo
conveniant. Et erit in die illa non
erit lux sed frigus et gelu. Et erit dies
una que nota est domino. non dies neque
nox. et in tempore vespere erit lux. Lex.
In die illa non erit lux. sed frigus et
gelu. erit una dies et dies illa nota
domino. et non dies neque nox. et ad ves-
peram erit lux. Materie de 2º predicamur
adventu. de quo et iohannes in apocalip-
si sua loquitur. ecce veniet cum nubibus
et videbit eum omnis oculus et qui eum
compunxerunt. Et danihel in eodem pronun-
ciat venientem filium hominis in nubibus
cum fortitudine et gloria multa. Veniet
autem cum nubibus angelis. qui sunt ministri
spiritus. et ad diversa mittuntur officia. et
cum prophetis atque apostolis. de quibus scriptum
est. veritas tua usque ad nubes. Cuius
dies adventus eius fuit impletus. non
erit lux. sed frigus et gelu. refrigescente
in omni caritate. et propter multitudinem malorum
qui superveniant sic frigescentibus cunctis
et calore pristine fidei perdentibus. Post-
quam autem omnes priores figuras suis ge-
luque contriverint una dies erit atque
perpetua. nequaquam sibi lucem et tenebris
succedentibus die et nocte. sed dies erit
lux omni. De quo ysaias plenius

Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem
neque splendor lune illuminabit te per
noctem. sed erit tibi dominus lux eterna. et
deus tuus gloria tua. Qui et in alio
loco clamat ad ierusalem Illuminare
illuminare ierusalem. venit enim lux tua super
te. et gloria dei tui super te orta est. Quia
ecce tenebre et caligo operient terram
super gentes. super te autem dominus appare-
bit. et gloria dei tui super te orta est
Ibunt reges in lumine tuo. et gentes in
splendore tuo. Si caligo et tenebre
operient terram sunt gentes. quomodo rursum am-
bulabunt gentes in splendore domini.
Sed ille gentes erunt in tenebris quas fri-
goris geluque contraxerit. et ille ambu-
labunt in lumine domini que secute fuerint
reges apostolos et prophetas de quibus scriptum
est. cor regis in manu domini. Digne-
que in tempore vespere. hoc est tenebrarum et
finis omnium peccatorum. sanctis erit lux v-
na et eterna dies. que soli nota est deo.
neque enim ignorantie potest sed creavit
considerandum est quod dicit in evan-
gelio. de die illa neque angeli neque
filius novit. nisi solus pater. Et erit
in die illa exibunt aque vive de
ierusalem. medium earum ad mare orien-
tale. et medium earum ad mare novis-
simum. in estate et hyeme erit. Et erit
dominus rex super omnem terram. Lxx. In
die illa egredietur aqua viva de
ierusalem. media eius pars ad mare primum
et media eius pars ad mare novissimum.
In estate et in vere erit sic. et erit
dominus in regem super omnem terram. In isto tempore
hoc est significat dies. que soli nota
est deo. in qua non se succedent
lux et tenebre. sed erit lux perpetuum.
iuxta id quod in apocalipsi legimus. Et civi-

tas non habebit necesse lucem solis. quoniam
dominus deus omnipotens lumen eius erit.
Egredientur aque vive de ierusalem. de quibus
supra ponentes. iezechielis testimonio dis-
putavimus. Quarum media pars ibat
ad mare orientale. quod grecorum libri
vocant. et vul-
go mare appellatur mortuum. ex eo
quod nichil in aquis eius possit vivere. et me-
dia pars ad mare novissimum. quod ducit
ad egyptum et fluit litora palestine.
In estate namque et in hyeme ita erit
ut aque iste que exibunt de ierusalem. nec ge-
lu constringantur hyemis. nec estatis ni-
mio feruore siccentur. quamquam pro hyeme
veris tempus lxx transtulerunt. quod ad dis-
tinctionem estatis non convenit. Cumque
vitales aque utraque maria fuerint in-
gresse. et amaras aquas dulci flumine
mitigaverint. tunc erit dominus rex super omnem
terram. Aqua que egreditur de ierusalem
hoc est ecclesia. doctrina intelligitur sal-
vatoris. De syon enim egreditur lex et
verbum domini de ierusalem. iuxta illud quod a-
libi scriptum est. Repleta est omnis terra
domini sicut aqua multa operiens maria.
Harum aquarum pars media ibat ad mare
orientale. post ascensionem que in apostolis
et per apostolos est clarius. et medium earum
ad mare novissimum. ut de oriente et
occidente veniant. qui accumbent cum
abraham et ysaac et iacob. Vel certe
orientale mare. et mare novissimum
intelligamus veteris et novi testamenti.
quod nisi flumine salvatoris et spirituali eius
intelligentia fuerit dulcoratum amaris-
simum est. occidente littera et spiritu vivifi-
cante. Utraque sequitur in estate et in hy-
eme erit. subaudiatur aque vive que
egrediuntur de ierusalem. ut et in pace

et in presentioribus iste viventes aque ma-
nare non cessent. Sive quia lex institu-
erit in estate et in vere. Ita erit. Hoc di-
camus quod illo tempore non sit hyemps sed
ver et estas ex presentia. Quia vox turturis
audietur in terra nostra et ficus affert
grossos suos et vinee florebunt et hy-
emps pertransibit et pluvia recedet
et abibit sibi. In illo tempore non ver ne-
cessarium erit quia flores apparebunt in ter-
ra nostra ut celebremus pascha et penthe-
costen in quibus de terrenis transeamus ad
celestia et omnes fructus nostros offeramus
deo. In phase enim hyemis finis ve-
ris exordium est. In penthecoste esta-
tis principium. Quia labores manuum nostra-
rum et fructum offeramus deo. De hac
estate et vere presentio. Iste loquitur ad
dominum: Tu fabricatus es auroram et solem.
estatem et ver tu plasmasti. Et
erit dominus rex super omnem terram quando
dicemus: Dominus regnavit exultet terra.
Et iterum: Dicite in gentibus quia dominus
regnavit etenim correxit orbem qui non
commovebitur. Aquam autem vivam iterum
a nobis doctrinam salvatoris expositam
fiet ille qui biberit et qui salvatorem
audierit predicantem. Si quis biberit
ex aqua quam ego dabo ei fiet in
eo fons aque vivent(is) et salientis in
vitam eternam. Et rursum: Qui credit
in me sicut dicit scriptura de ventre
eius egredientur flumina aque viventis.
Sicut enim qui biberit de doctrina eius
habebit in se fontem viventem. Sic qui
crediderit in eo iuxta id quod scripturarum
verbis continetur flumina aque viventis
egredientur de ventre eius. Aquas vivas
multi ad baptismum referunt quod in vere
et in estate hoc est in pascha et in pen-

thecosten sitientibus largiende sunt
quando replebitur quod scriptum est: Lavamini
mundi estote. ¶ In die illa erit dominus
unus et erit nomen eius unum. Et rever-
tetur omnis terra usque ad desertum de colle
remmon ad austrum iherusalem. Et exalta-
bitur et habitabit in loco suo a porta
beniamin usque ad locum porte prioris
usque ad portam angulorum et a turre
ananehel usque ad torcularia regis.
Et habitabunt in ea et anathema non
erit amplius sed sedebit iherusalem secu-
ra. ¶ lxx. In die illa erit dominus unus
et nomen eius unum circuiens omnem terram
et desertum a gabaa usque remmon ad
austrum iherusalem. Rama vero in loco per-
manebit a porta beniamin usque
ad portam primam usque ad portam an-
gulorum et usque ad turrim anane-
hel usque ad torcularia regis habitabunt
in ea et anathema ultra non erit
et habitabit iherusalem confidens. Extinc-
tione urbis iherusalem et aque egressi-
one de medio eius quod ad utrumque deflu-
ant mare. Iudei et christiani iuda-
izantes ultimo tempore repromittunt
quando rursum extruenda civitas sit et
immolande victime et omnia legis pre-
cepta servanda ut non iudei christiani
sed christiani iudei fiant. In die inquiunt
illa quando christus in iherusalem aurea atque
gemmata sederit regnaturus non erit
parabola nec diuinitatis altercia diui-
sa sed erit dominus unus et reuertetur omnis
terra usque ad solitudinem id est ad anti-
quum statum. Ponitur ~~loca~~ locorum
vocabula a quo loco usque ad quem
edificanda sit iherusalem. De colle rem-
mon hoc est gabaa sonat ubi
arbor malignatum est usque ad

australem plagam ierusalem. Radeque sequitur
rama autem in loco suo permanebit
melius interpretatum est aquila et ceteri qui
posuerunt exaltabitur. Rama quippe
excelsa dicitur iuxta id prophetale et euan-
gelicum. vox in rama audita est. hoc
est in excelsis sonuit. Exaltabitur itaque
ierusalem et edificabitur in loco pristino
a porta beniamin usque ad portam que
dicitur angulorum. et a turre anane-
hel. ut greci et latini male legunt
ananehel usque ad torcularia regis
quod hebraice scriptum est amelech
Et habitabunt in ea. hoc est in
ierusalem. et anathema amplius non erit
nullus videlicet metus hostilis incur-
sibus nulla formido. sed sedebit uel
habitabit ierusalem in certa pace requiescens
Hec iudei usque hodie sompniant. et
nostri qui in rursu audire
desiderant. crescite et multiplicamini
et replete terram. et pro longa uite con-
tinentia. breuique ieiunio. bulbos
sibi et uuluas. et aues phasidis
et attaginem nequaquam comunem
sed indagatam promittunt. De qui-
bus uere potest dominus dicere. non permanebit
spiritus meus in hominibus istis quia carnes
sunt. Caro enim pugnat aduersus spiritum
et spiritus contra carnem. Nec opponant
nobis iohannis apocalipsim. que et ipsa
spiritualiter disserenda. Nos autem celestem
ierusalem interpretamur [erased] ecclesiam. que in
terra ambulans non uiuit secundum carnem
cuius municipatus in celo est. Postquam
enim dominus ihesus rex fuit super omnem terram
de quo ad patrem spiritus sanctus loquitur
per prophetam. deus iudicium tuum regi
da et iustitiam tuam filio regis. tunc
erit dominus unus de quo scriptum est

Et scitote quoniam dominus ipse est deus. Et
unum nomen eius. cum per uniuersa religione cul-
tum. Iuxta id quod psalmista decantat. Domine
dominus noster quam admirabile est nomen tuum
in uniuersa terra. Et rursum. Magnifi-
casti super omne nomen sanctum tuum
Et alibi. Sicut nomen tuum deus ita et
laus tua super omnem terram. De quo et
abacuc loquitur. laude eius plena est
terra. De cuius nominis gloria ipse dominus loquitur
Absque me non scies deum. et propter nomen
meum quod magnificatum est super omnes
Et reuertetur omnis terra in qua habita-
uere iudei usque ad desertum. id est usque ad
populum gentium. qui prius desertus erat
et legis notitiam non habebat. A gaba
a usque ad remmon. hoc est a colle us-
que ad excelsum. quia de terra et de deserto
ad colles. et de collibus ad monta-
na consurgemus. Unde et sponsa in canti-
cis canticorum transsilit colles qui mino-
res sunt. et salit super montes excelsos.
de quibus scriptum est montes excelsi cer-
uis. Geminam autem remmon malogranatum
ampe volumus utrumque enim apud hebreos
interpretatur. hoc dicimus quod de collibus
finibus ecclesie incipiat. et omnis ordo ec-
clesiasticus construatur de quo supra dixi-
mus qui interpretantur sui planitiem ui-
genti et planitiem sicut adadremmon
Per hoc ecclesia fine concreta est. sed perue-
niet usque ad austrum in luce plenissima
super quo dudum exposuimus. et nunc ide-
o reticemus ne eadem sepius inculcantes
lectori simus fastidio. Et exaltabitur ec-
clesia. que reperta collibus et peruenit ad
meridiem et habitabit in loco suo. de quo
scriptum est in loco pascue ibi me collo-
cauit. A porta beniamin qui inter-
pretatur filius dextere et non filius dierum

ut male quidam suspicantur. Aliud est
enim si in numero binarii. aliud si in unitate firmatur.
Et perveniet usque ad locum porte orientalis
et prioris usque ad portam angulorum. A vir-
tute incipimus. hoc quippe dextera signifi-
cat. et pervenimus ad portam priorem. ut per eam
ingrediamur ad eternas. Statimque nobis
occurrit porta angulorum. ubi angu-
laris lapis est quem reprobaverunt edi-
ficantes et factus est in caput anguli.
qui angularis lapis parietem utrumque
continet. et duos populos in unum redigit
de quo et dominus loquitur per ysaiam. Ecce
ponam in syon lapidem angularem electum
et preciosum in fundamentis eius. et qui cre-
diderit in eo non confundetur. Hic lapis
angularis et ceteros lapides angulares
super edificium sibi vult. ut apostolus pau-
lus possit libere dicere. edificati super fun-
damentum apostolorum et prophetarum ipso angu-
lari lapide christo ihesu. Hos lapides
imitantur heretici qui omnia glorie et luci con-
struunt et orant in angulis platearum. rerum
scientiam relinquunt. Omnis enim angula
rium linea frangit. et idcirco meretrix
in proverbiis utique ea antipe volubilis.
cuius non quiescunt pedes domi. sed aut
foris vagatur. aut in omnibus insidiatur
angulis platearum. cum viderit iuvenem
insipientem. Putat enim quod senserit esse
prudentem et maturum senectute. de quo
scriptum est. canities hominis sapientia eius. Statim
apprehendit et osculatur atque blanditur
et ducit ad lupanar et invitat ad
coitum. Relinquamus igitur sinistros angu-
los. et ad firmos atque robustos christi angu-
los transeamus. ad quos cum pervenerimus
statim nobis occurrit turris ananehel.
que interpretatur gratissimus dei. Quid enim
turre gratius est. de qua et ad sponsam dicitur

sicut turris david collum tuum. que e-
dificata est in thalphioth. mille
scuta pendent super illam omnis armatura
potentium. Hanc turrem dominus in ecclesia
edificari vult. expensis propriis et sumptibus
supputat. et de qua dicitur ad ierusalem fiat
pax in virtute tua et habundantia in tur-
ribus tuis. De qua et sanctus ad dominum loquitur
deduxisti me quia factus es spes mea
turris fortitudinis a facie inimici.
De turre ananehel pervenitur ad regis
torcularia pro quibus et tres psalmi
tytulum habent. et dominus dicit in ysaia
torcular calcavi solus. ut exuberet
in illis nostra vindemia. et exprimamus
botros et rubentia in christi sanguine
musta calcemus. ut bibamus vinum
quod letificat cor hominis. et sponsa di-
cat sponsi sodalibus loquens. introducite
me in cellam vini. ponite super me mirre.
Si nos istemonei inebriaverunt torcu-
laria habitabimus in ierusalem in qua ana-
thema ultra non erit. maledictio videlicet
et abhominatio. unde dicit et apostolus si quis
non amat dominum sit anathema. Et
in alio loco. nemo in spiritu dei loquens
dicit anathema ihesu. Et pro fratrum
salute anathema esse cupit. imitari
volens dominum suum. qui et ipse cum non
esset maledictus pro nobis factus est male-
dictus. Ablato autem omni anathemate
habitabit ierusalem secura atque confidens
et illud in se exprimens qui confidit in
domino beatus est. Et melius est confidere
in domino quam confidere in homine. De qua se-
curitate et confidentia ieremias propheta
commemorat. Benedictus est homo qui con-
fidit in domino. Et hec erit plaga qua
percutiet dominus omnes gentes que pugna-
verunt adversus ierusalem. Tabescet caro

unius cuiusque stantis super pedes suos
et oculi eius contabescent in foraminibus suis
et lingua eorum contabescet in ore suo
LXX Et haec erit ruina qua percutiet
dominus omnes populos qui militaverunt contra
Ierusalem. Tabescent carnes illorum stan-
tium super pedes suos. et oculi eorum
defluent de foraminibus eorum. et lingua eo-
rum tabescet in ore eorum. Quae passurae
sint gentes que contra urbem domini dimi-
caverunt presens scriptura testatur. Stabunt
namque super pedes suos. et caro eorum ta-
bescet et defluet. et oculi eorum compu-
trescent et de suis foraminibus excident
Lingua magniloqua que dei populum
blasphemabat solvetur in saniem
et intra vallum dentium computrescet.
Haec passos non esse romanos qui
Ierusalem subverterunt cunctis perspicuum est.
nisi forte iudei illas nationes asserunt
perpessas que contra auream et gemma-
tam dimicaverunt suam Ierusalem. Nos autem
dicemus omnes persecutores qui afflixe-
runt ecclesiam domini. ut taceamus de futu-
ris cruciatibus etiam in presenti seculo recepis-
se que fecerunt. Legamus ecclesiasticas hys-
torias quid valerianus. quid decius
quid diocletianus. quid maximianus
quid saevissimus omnium maximinus et nuper
iulianus passi sint. et tunc rebus proba-
bimus. etiam iuxta litteram prophetie veritatem esse
completam quod putruerint carnes eorum. et
oculi contabuerint et lingua in putredinem
et saniem dissoluta sit. Porro si ex his
de eo. hereticus crudelitatis deus videtur om-
nipotens audiat hic universa fieri ut deficien-
tibus malis succrescant bona. Cum
enim in domino et cum domino steterit deflu-
ent eius carnalia ut oriantur spirituali-
a et oculi qui male videbant cadent

de foraminibus suis ut alii reponantur qui
possint dicere suspicere cum propheta di-
cente Ad te levavi oculos meos qui ha-
bitas in celis Et lingua blasphemans con-
putrescet. ut altera lingua nascatur que
glorificet deum. et possit dicere lingua mea
meditabitur iustitiam tuam tota die lau-
dem tuam. Unde et symeon suscipiens in ul-
nis infantem et futura prenuntians ait
Ecce hic positus est in ruinam et resur-
rectionem multorum ut mala cadant et
optima consurgant. Et dominus In iudicium
veni ego in hunc mundum. ut qui non
vident videant et qui vident ce-
ci fiant Non videbat gentium populus
et post christi fidem cepit videre lumine
aspicere qui loquitur per prophetam Spiritus domini
super me propter quod unxit me evangeli-
zare pauperibus misit me. predicare cap-
tivis remissionem. et cecos
ut videant et illuminentur sapientia. de qua
scriptum est Sapientia hominis illuminat faci-
em eius Et in psalmis legimus Dominus illuminat
cecos Sive sapientes facit. hoc enim ma-
gis significat Videbant iu-
dei et qui lumine tempore noluerunt et e-
na cecitate correpti sunt. In illa die
erit tumultus domini magnus in eis. et ap-
prehendet vir manum proximi sui. et con-
seretur manus eius super manum proximi
sui. Sed et iudas pugnabit adversum
israhel. et congregabuntur divitie omnium
gentium in circuitu. aurum et argentum
et vestes multe satis. LXX Et erit in
die illa stupor domini magnus super eos
et apprehendent unusquisque manum proximi
sui. et adherebit manus eius in ma-
num proximi sui. Et iudas preparabit in
Ierusalem et congregabit robur omnium po-
pulorum per circuitum. aurum et argentum

Zacharias

et vestes multas nimis. Cum hec fuerint
expleta miracula, ut carnes hostium deflu-
ant, tabescant oculi, lingua in ore blas-
phemantium computrescat, tunc erit magnus
tumultus sive stupor in eis. Hec enim
significat quam lxx stuporem transtu-
lerunt. Et apprehendet unusquisque ma-
num proximi sui et conseretur manus eius al-
terius manu pro formidine et malo-
rum pondere que supervenerint. Iudas quoque
pugnabit contra metropolim, de quo et
supra diximus. Et a domino concessa victori-
a congregabuntur divicie omnium gentium
que militaverunt contra ierusalem, aurum et
argentum et vestium multitudo, que in
rebus prosperis sunt. Hec sibi iudea
infelix promittit, aurum atque spirans
que xxx argenteis deum appreciavit.
Nos autem ceptum sequentes ordinem omnia
ista referamus ad ecclesie beatitudinem
quod cuncti qui in ea fuerint admirentur
subiectionem hostium et suam felicitatem.
Et unusquisque apprehendet manus
proximi sui et consertis dextris commu-
nia fide ac mansuetudine copulentur.
Quod autem in hebreo legimus: et iudas
pugnabit adversus ierusalem, pro quo
lxx transtulerunt: et iudas preparabit in
ierusalem, utrumque nos accipimus quod iudas
qui dicitur quondam confessus est nomine
et in persecutionibus martirus christi populum
persecutus est et ipse utatur ad lectiam.
Vel certe iudas omnis confitens et
fidelis non adversus ierusalem pugnet
sed propter se in ierusalem, ut contra adver-
sarios dimicet. Et congregabit ipse
iudas divicias omnium gentium in circui-
tu aurum et argentum et vestes mul-
tas nimis. Aurum et argentum in sen-
su et sermone intellectus sepe diximus

vim et vestes est doctrina atque quibus
christus decorabitur ecclesia de qua scriptum est:
Astitit regina a dextris tuis in vestitu
deaurato circumdata varietate. Quibus
vestibus induunt se credentium turba letanter
et dicit: Exultabo in domino quia indu-
it me vestimentis salutis et tunica le-
ticie. Dicat autem ei dominus: vestivi te
trichapsis et bissinis. In trichapsis
vestes tenues accipimus que tam pul-
chre sunt atque subtiles ut capillorum
fila esse videantur. Has vestes ecclesia
congregat ut habeat quibus induat
populum suum. Cui a vo contionatore
preceptum est: in omni tempore vestimenta tua
sint candida. Et sic erit ruina equi
et muli, cameli et asini, et omni-
um iumentorum que fuerint in castris illis
sicut ruina hec. lxx: Et hec erit ru-
ina equorum et mulorum et camelorum
et asinorum et omnium iumentorum que fuerint
in castris illis iuxta ruinam hanc.
Et hec iudei sub suo
carnaliter explenda contendunt. [illegible]-
dis vera domini fortitudo ut corruat
in castris hostium equus camelus mu-
lus et asinus et omnia iumenta eorum sint
et homines corruerint. Magnus triu-
mphus gloriosa victoria, breviter aliqua
deo pugnante superari. Diximus ergo
iuxta ceptam tropologiam quod ideo omnia
mala corruant que prius contra ecclesiam
dimicaverunt ut in bona transeuntes consurgant.
Denique qui prius equus sine freno hinni-
ens ad uxorem proximi sui et impatiens
ad libidinem ferebatur, et iacebit in cur-
piditate voluptatum, nunc sequens cepit casti-
tatem dicetur ad eum: surge [illegible]
et surge veni proxima mea. Et in apostolo:
Surge qui dormis et exurge a mor-

tuus. et illucidabit te xpistus. Certe surrex-
erunt qui ante ceciderant equi et mul-
li terga domino prebuerunt ad sedendum
dicentes ad eum Ascende super equos tu-
os. et quadrigae tuae salus. Iuxta hunc sen-
sum mulos accipiamus qui steriles sunt
et non pariunt filios sed voluptate lassa-
verunt de quibus psalmus commemorat Nolite
fieri sicut equus et mulus quibus non est
intellectus. Sicut ergo qui parati sunt ad
bibendum equi appellantur sic mulos
iuste vocabimus qui steriles sunt et tamen non
sponte qui eunuchizantur non propter reg-
na celorum sed propter hominum voluptatem. Cum
igitur isti muli et isti eunuchi versi
fuerint ad progeniem et spirituales filios
procreaverint audient per ysaiam et ne dicat
eunuchus ego sum lignum aridum. Hec
enim dicit dominus eunuchis qui custodierint
sabbata mea et elegerint quae volui et
tenuerint foedus meum. dabo eis in do-
mo mea et in muris meis locum nominatum
et ~~mel~~ nomen melius filiis et filiabus.
nomen sempiternum dabo eis quod non deficiet.
Tales mulos et mulas habebant re-
ges israel. et maxime david qui refertur ad
xpistum. Si intellexerimus quid sint equi et muli
ruentes et consistentes. transeamus ad ca-
melos animalia ruminantia ungulamque
non findentes. et dicamus camelos esse doc-
tores terre qui quidem delictorum sarcina
deprimuntur. et videntur sibi sensus spirituales le-
gis. sed ungulam non findunt. ruminantes
eloquia divina. et ea quae scripta sunt negli-
gentes. Camelus autem camelorum dici potest
populus iudeorum qui et ipse legem dei me-
ditatur et eam ruminat et volvit in pec-
tore. sed non dividit ungulam ut cre-
dat in patrem et filium. et in eo immundus est
quoniam non separat litteram a spiritu umbram

a veritate. et portat legis onera. et per
prophetam audit. ve gens peccatrix. populus
plenus delictis. De istiusmodi came-
lo qui ruminat ungulamque non findit.
et in evangeliis qui ad filium dei qui relin-
quit custodiae disciplinam patris medita-
bitur eloquia mala. Post camelum transeamus
ad asinum. quem quidem sedebat in finibus. et im-
mundus erat et multos habebat dominos
et per propria labebatur. ut cornutus re-
pente consurgeret et portaret dominum salva-
torem. et ingrederetur in sanctam ierusalem. et eum
precedentium turba susciperet credentium triu-
phantium. Hunc asinum ad vitem et ad vi-
neam salvator dominus alligasse de qua in
psalmo scriptum est. Vineam ex egypto transtuli-
sti. eiecisti gentes et plantasti eam. ad
quam ipse vinitor loquitur. Ego plantavi te
vineam frugiferam totam veram. Quia autem
iumenta et animantia quae uno nomine prophetia
comprehendit. per singulorum naturas interpretanda
sunt. Et hoc nunc de filio dicitur. quia ea
consulta populus iudeorum vaticinatione
percipimus. Et omnes qui reliqui fuerint
de universis gentibus quae venerunt contra ierusalem
ascendent ab anno in annum ut adorent
regem dominum exercituum et celebrent festivi-
tatem tabernaculorum. LXX. Et erit omnes qui re-
licti fuerint de cunctis gentibus quae vene-
runt contra ierusalem. ascendent per annos sin-
gulos. ut adorent regem dominum omnipotentem
et celebrent festivitatem tabernaculorum.
Omnes inquit qui relicti fuerint de cunctis
gentibus quae venerunt contra ierusalem. ascen-
dent per singulos annos. ut adorent regem
dominum exercituum et celebrent festivita-
tem tabernaculorum. Hoc quorum iudei cessa-
sse in mille annorum regno repromittunt fu-
turum. cuius sollempnitatis istud exordium est
egressus populus de egypto. per vasta ar-

terribilem ac vastam solitudinem. in qua non
erat domus. villa. oppidum. speciem. facie-
bant sibi tabernacula atque tentoria. que nunc
a similitudine pendule avium papiliones vo-
cant. in quibus cum singulis momentis
ac liberis et cibum caperent. et per diem solis
ardores. per noctem humorem et frigus. et
roris iniuria devitarent. Iussumque est ut
in mense septimo xv. decima die mensis. fieret
tabernaculorum sollempnitas. Et cum inquit
interrogaverit filius tuus cras. dicens quid sibi
voluit hec tabernacula. indicabis ei. Multo
tempore peregrinati sumus in egypto. de qua e-
duxit nos dominus in solitudinem. et idcirco
tabernacula suscitavimus. ut beneficiorum dei
omni tempore recordemur. cum recepti habitare in urbi-
bus precepimus. ut facerent tabernacula
de ligno pulcherrimo quod iudei cetrum
vocant et de palmarum ramis ac fron-
dibus ligni densissimi et salicis et populi.
Hystorie enim fundamenta ut ex hiis
ad spiritualia transeamus. Quamdiu sumus
in presenti. et in cursu. atque certamine huius
mundi in tabernaculis hic omni mente nitentes
ut de tabernaculis ad firmam et stabilem
sedem transeamus in domum dei. Unde et
sanctus david in psalmo. Heu mihi quia incolatus
meus prolongatus est. Et advena ego sum
et peregrinus sicut omnes patres mei. hoc loquitur
qui in egypto est. et adhuc constitutus in
seculo. Cum autem egreditur de egypto. que
hebraice dicitur mesraim et interpretatur
tribulatio et ingreditur victor solitudinem
incipit iter suum et dicit in psalmo. Transibo
in locum tabernaculi admirabilis usque ad
domum dei. Admirabile est enim nolle habita-
re cum egyptiis sub subiectione pharaonis tiranni
circa promissionis terre. Unde et alibi loquitur.
Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum.
concupiscit et deficit anima mea in atria domini.

Et post paululum. Beati omnes qui habi-
tant in domo tua in secula seculorum lauda-
bunt te. Vox enim exultationis et salutis
in tabernaculis iustorum. Et in proverbiis
scriptum reperimus. Domus iustorum perma-
nebit et tabernacula eorum qui recte agunt
stabunt. De domibus quod permanent de ta-
bernaculis quod statura sint pollicentur.
Hoc et in alio loco sanctus vir. Unam pe-
tii a domino hanc requiram. ut inhabitem in
domo domini omnibus diebus vite mee
et videam delectationem domini et visitem
templum eius. Qui in istiusmodi habitat ta-
bernaculis. et de tabernaculis ad atria
de atriis ad domum. de domo ad tem-
plum domini. ne festinat debet celebrare
sollempnitatem tabernaculorum. In ligno sa-
pientie pulcherrimo de quo in proverbiis dicitur.
lignum vite est omnibus qui apprehendunt
eam et qui reclinant super eam quasi super dominum
firmitas. Et in ramis palmarum in quibus
signum victorie et virtutis premium osten-
ditur. et in frondibus densissime arboris
quam iudei integre pro morti-
ficatione vitiorum ac libidinum. Unde
et domino salvatori mirra a magis offer-
tur in munere. Et in ramis salicis
et populi. quam quidam vitam arborem
vocant. propriumque ligni nomine quod
generare dicitur nidum casti-
tate. Aiunt medici et hii qui de arborum
et herbarum scripsere naturis quod si quis
florem salicis sive populi mixtum aqua bi-
berit. in eo omnes frigescunt calores et
libidinis venena sistunt. ulteriusque
generare filios non possit. Quam talium ar-
borum ramis patentibus fuit. celebrat so-
lempnitatem tabernaculorum sexto mense
transiens qui refert ad numerum. et in
septimo agens sabbatum spirituale in xv die

eiusdem mensis qui noctis luna plenissima
est. et omnis eius tenebre claro lumine
resoluuntur. Hec breuiter diximus olim
alios contemplantes librorum magnitudinem
ut ad reliqua transeamus. Et erit qui
non ascenderit de familiis terre ad ihe-
rusalem ut adoret regem dominum exercitu-
um. non erit super eos imber. LXX. Et erit
qui non ascenderit ex omnibus tribubus
terre in ierusalem ut adoret regem dominum omni-
potentem. et isti illis opponentur. pro eo quod
LXX transtulerunt et isti illis opponentur:
in hebreo scriptum est. ulo. ale. legesem
quod aquila et symmachus et theodotion
similiter interpretati sunt. et non erit super eos im-
ber. Ecclesia domini ierusalem appellatur celestis
ierusalem de qua apostolus scribit. Que autem
sursum est ierusalem libera est que est mater
omnium nostrum. Et accessistis ad montem
syon et ciuitatem dei uiuentis ierusalem ce-
lestem. Et hec ierusalem non est in locis
humilibus sita. sed in monte excelso. de qua
saluator loquitur. non potest ciuitas ab-
scondi supra montem posita. Ubi quia ado-
rantis est dominum exercituum in ierusalem debet
ad montana conscendere. Qui autem de
familiis aut tribubus terre est. et ideir-
co dominum non potest adorare. non erit super
eum imber temporaneus et serotinus. nec
terra illius pluuiis celi irrigabitur.
Siue ut interpretati sunt LXX. qui non ascenderit
de familiis terre ad ierusalem. ut ado-
ret regem dominum omnipotentem. cum illis reputa-
bitur. qui pugnauerunt aduersum
ierusalem. et quorum tabescent carnes. et oculi
defluent. et lingua putrescet. Quod
si et familie egypti non ascenderint
et non uenerint. nec super eos erit. Sed
erit ruina qua percutiet dominus omnes
gentes. que non ascenderint ad celebran-
dam solempnitatem tabernaculorum. Hoc erit
peccatum egypti. et hoc peccatum omnium gentium
que non ascenderint ad celebrandam festiui-
tatem tabernaculorum. LXX. Si autem tri-
bus egypti non ascenderit nec uenerit
illuc. et super eos ruina erit qua percu-
tiet dominus omnes gentes que non ascende-
rint. ut agant sollempnitatem scenophe-
gie. Hoc est peccatum egypti et hoc peccatum
omnium gentium. que non ascenderint. ut
celebrent sollempnitatem scenophegie.
Quia egyptus est et gentium tenebre. Qua-
diu egyptus et ethiops permanent. non
ascendet in ierusalem. Et quia ascendere non
potest nec gradum ad excelsa subrigere
ideo non erit super eum imber diuine be-
nedictionis. Et hoc peccatum erit mixti egyp-
to. assyrio. chaldeo. syro. moabite.
et amanite. si noluerint egredi de ter-
ris suis et ascendere ierusalem ut pro taber-
naculis transeant in ierusalem. et inueniat
eterna domicilia. aliarum gentium homines
ex desistant et efficiantur israelite in qui-
bus dolus non est. Hec omnia que nos
celestia simul accipimus iudei et iudai-
zantes nostri. immo non nostri quia iudaizan-
tes. sperant futura corporaliter. utique et cir-
cumcisionem sibi et coniugia in mille annorum
imperio promittentes. ne impleatur in illis
maledictio que scripta est. maledicta ste-
rilis que non fuit semen in israhel. et uberibus qui-
bus semen in syon et domesticos in ierusalem.
Quod si uerum est omnes uirgines quamdiu mil-
le annorum regnum inuenerint maledictioni et
sterilitati perpetue subiacebunt. aut certe
nupture sunt ut maledictionem effugiant.
In die illa erit quod super frenum equi est
sanctum domino. et erunt lebetes in domo domini
quasi fiale coram altari. et erit omnis lebes in
ierusalem et in iuda sanctificatus domino exercituum

Lxx Et c. In die illo erit quod super frenum
est equi, sanctum domino omnipotenti et erunt lebetes
qui in domo domini sicut fyale ante sunt
conspectum altaris. et erit omnis lebes in ierusalem
et in iuda sanctus domino omnipotenti. Verbum hebray-
cum mesuloth aquila et theodotion
interpretati sunt in profundum. Sy-
machus interpreta-
tus umbrosum. Soli lxx
id est frenum transtulerunt. Quos et nos
hoc in loco secuti sumus ne novum aliquid
in questione vulgatam videremur afferre. Nos autem
ab hebreo quid significaret quesivimus cur in
non deberemus legere mesuloth sed mesaloth
quod significat phaleras equorum et orna-
tum bellicum. et excepto hoc loco in nullo
penitus scripturarum hoc verbum volumine
reperi. frenum autem lingua hebraica
resen appellari et non mesuloth quod lxx
transtulerunt. Et est sensus. Tempore sollempni-
tatis perpetue et regni ierusalem paratis in
omnibus et tranquillis. nequaquam opus esse
equitatu. quod genus bellatorum fortissimum est
sed omnem ornatum et decorem phalerarum ad
cultum domini consecrandum. Hoc illi dixerint
qui dixerunt equorum profundum et interpretati sunt
umbrosum sive tenebrosum
referunt ad scientiam mysticam qua et da-
vid quasi equos optimos se habere iactabat
dicens. Incerta et occulta sapientie tue ma-
nifestasti mihi. Et apostolus. O profundum
divitiarum sapientie et scientie dei. quam in-
scrutabilia iudicia eius et investiga-
biles vie eius. De hoc profundo propheta
clamavit ad dominum et exaudivit eum.
In huius profundis et tenebris posuit deus
latibulum suum. Has tenebras et sancti-
ta divina ingressus est moyses in sy-
na in montis caligine ut videret deum.
De quibus et david in psalmo loquebatur.
Iudicia domini abissus multa. Hec archa-
na et ista mistica sancta sunt domino. que no-
verat eciam moyses. qui ausus est dicere
quod forsitan angeli nesciebant. In principio
erat verbum et verbum erat apud deum. et deus
erat verbum. Et ideo amatur a domino.
quia optimum habebat profundum. et recubue-
rat super pectus domini ihesu. unde et hau-
serat sapientiam. Sin autem volumus ut lxx
transtulerunt frenum accipere sermone dei
intelligamus in freno. qui equos insanientes
libidine et mulos sine intellectu atque lasci-
vos refrenat a viciis et coercet et
non patitur ire per precepta. De quibus dicitur.
Nolite fieri sicut equus et mulus quibus
non est intellectus. In chamo et freno
maxillas eorum constringe qui non appropin-
quant ad te. De hoc freno et iacobus
loquitur. In equorum ora mittimus frena.
et omne corpus eorum circumagimus. ut sanc-
tificationi serviant. et mollia ad se-
dendum domino possint terga prebere.
Tale frenum et talis freno aurum erat
gentium audientie compositum. feros equos
salvatori preparat ad sedendum. et sanctos
facit ac proprie illius cultui consecrantes
Audivi a quodam rem quidem a pio
sensu dictam. sed ridiculam. clavos do-
minice crucis e quibus constantinus au-
gustus frenos suo equo fecerit sanctum
domini appellari. hoc utrum ita accipiendum sit
lectoris prudentie derelinquo. Post hec
sequitur ad lebetes qui futuri sunt in
domo domini quasi fyale altaris Erit
enim omnis lebes in ierusalem et in iuda
sanctificatus domino omnipotenti. Amittet eneos
lebetes qui amaverunt ollas egyp-
tias. et carnes. et pepones. et allia
et cepe. et cucumeres. nos autem qui habemus
lebetes in quibus coquantur carnes

victimarum. vitamque in phyalas aro-
matum. coram altari domini. De quibus spon-
sa dicit ad sponsum. Fratruelis meus
descendit in ortum suum mecum (?) ad fyalas
aromatis. pascere in ortis et colligere ly-
lia. Ortus et paradisus in quem spon-
sus descendit ad sponsam. scripturarum lectio spi-
ritualium est de quibus et lylia et fya-
las et rosas. et vasa decerpit aro-
matum ut impleat fyalas altaris crede-
tium. et dominus ex eis lyba desiderat.
Istiusmodi lebetes si domini fuerint
in fyalas domini et dicere potuit Christi
bonus odor sumus. et propter virulentiam
carnium vasorum recipit gestare vocabu-
la. tunc erit in iherusalem et in iuda
sanctificatum domino exercituum. de quibus
frequenter diximus. quod iherusalem visionem
pacis et iudas exprimat confitentem.
¶ Et venient omnes immolantes et sument
ex eis et coquent in eis. et non erit
mercator ultra in domo domini exercituum
in die illo. LXX. Et veniet omnis qui
immolant et sument ex eis et coqu-
ent in illis. et non erit chananeus
ultra in domo domini in die illo. Pro
chananeo aquila interpretatus est mer-
catorem. quem et nos secuti sumus in
hoc loco. Cum lebetes versi fuerint in
fyalas. venient omnes in cunctis na-
tiones sive qui relicti fuerint de uni-
versis gentibus immolantes et sument le-
betes et coquent in eis carnes victimarum
ut non credas carnes agni comedant
sed omnium carnium humore decocto rema-
neat quod igne parum fuit ad vescen-
dum. Hee sunt fyale coram altari domini
in quas lebetes vestigia (?) distant et
supra diximus et nunc ex parte dicemus
Laudat sponsa in cantica canticorum

sponsum suum. Maxille eius sicut fyale
aromatum. In maxillis sponsi accipitur
qui plasma a domino vasa unguenta
deprimit. Et tanta est vero odoris fra-
grantia ut faciat super dominus flagellum de
scripturarum textu testimoniis et eiciet de
templo vendentes et ementes et di-
cat ad eos scriptum est. Domus patris mei
domus orationis vocabitur cunctis gentibus.
vos autem fecistis illam domum negotia-
tionis. Quidam illud quod in daniele scrip-
tum est licet in hebreo non legatur Semen
chanaan et non iuda. et quod ab osee
propheta de ephraim dicitur. Principes ydo-
lorum ephraim posuit sibi scandala.
provocaverunt chananeos fornicatores edifi-
cati sunt huic coaptant loco. et omnem
fornicatorem chananeum et alienigenam
appellari voluit que de domo domini
differunt auferendum. Explicit zacharias

Incipit prologus beati Ihero-
nimi presbiteri
in explana-
tionem
~~Zacharie~~ Malachie
prophete
Prologus

Ultimum XII
prophetarum
malachi
interpretari
volumus. Cum quem LXX transtulerunt
angelus eius dicentes. Assumpsi vero domi-
nus super israel in manum angeli eius. pro quo in
hebreo legitur malachi. quod rectius et
expressius dicitur angelus id est nuntius meus
Nec putandum est iuxta quorundam opinio-
nem angelum venisse de celo et assumpsis-
se corpus humanum. ut israeli que a domino
sunt mandata loqueretur. Si enim interpreta-

da sit noīa. et ex noībꝫ nō spūalis ī-
pacis Polluit enim christi misteria indigne
accipiens corpus eius et sanguinem · pro eo quod
dilexit vitia et iniunxit sibi deos alie
nos secundum nomina priorum hunc nomen deorum
Iuxta apostolum paulum · venter deus venter
est Et secundum iacobum a quo quis vincitur
ei servit Et qui hoc fecerit exterminabit de
ecclesia · et de tabernaculis iacob qui suppla
tat vitia atque peccata · donec hunc licet in
bonum suum · et offerat pro eo victima deo omnium

Et hoc rursum fecistis. operiebatis lacrimis altare domini fletu et gemitu ita ut ultra non respiciam ad sacrificium nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis. Quam ob causam? Quia dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tue quam tu despexisti et hec particeps tua et uxor federis tui. Nonne unus fecit et residuum spiritus eius est. Et quid unus querit nisi semen dei. Custodite ergo spiritum vestrum et uxorem adolescentie tue noli despicere. cum odio habueris dimitte dicit dominus deus israel. Operiet autem iniquitas vestimentum eius dicit dominus exercituum. custodite spiritum vestrum et nolite despicere. // LXX. Et hec que oderam fecistis. Operiebatis lacrimis altare domini planctu et gemitu de laboribus adhuc dignum est respicere sacrificium aut accipere acceptabile de manibus vestris. Et dixistis propter quid. Quia dominus testificatus est inter te et uxorem adolescentie tue quam reliquisti et hec particeps tua et uxor testamenti tui. et non alius fecit et reliquie spiritus tui. Et dixistis. Quid aliud preter semen querit deus? Et custodite in spiritu vestro. et uxorem adolescentie tue non derelinquas. Sed si odio habens dimiseris eam dicit dominus deus israel. et operiet impietas cogitationes tuas dicit dominus omnipotens. et custodite in spiritu vestro et nolite derelinquere. // Iuxta hebraicum historia et singula versiculorum breves sunt capitulates [?] quid nobis ab hebreis sit traditum disseramus. Deletis uxores israelite et thoris maritorum alienarum gentium feminas contemplantium ad dei solius auxilium confugiebant diebus ac noctibus ante altare domini provolute. lacrimis. gemitu atque eiulatibus invidiam faciebant et

quod non respiceret victimam et munera non inciperet [?]. Unde dicit deus se sacrificium et hostias de manibus sacerdotum qui ista commiserit accipere non posse. uxorum et fletu et planctibus impeditum et miseriarum earum que ob causam de manibus eorum non accipiat sacrificium. Statimque infert. Quia dominus testificatus est inter te et uxorem pubertatis tue quam tu despexisti dicens propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. Et idcirco dicit particeps coniunctionis et federis que a deo de costa viri facta est. Et residuum spiritus eius sive dei ut quidam putant sive mariti ut alii suspicantur quod propter affinitatem quodammodo una anima in duobus esse videatur divini spiritus [?] mente sonat. Cum ergo unus utrumque fecerit et virum et mulierem postea a deo facta est utriusque coniunctio ut liberi nascerentur. Unus enim deus quid querit nisi semen dei. hoc est filios de israelitica stirpe generatos. Cum ergo habeatis feminas coniuges et liberis gaudeatis. quid pulchritudine uxorum gentium que in membris aptare non uxoribus. Precepit itaque per prophetam deus et dicit. Custodite spiritum vestrum ne abducamini in libidinem. ne alienigenarum amore vincamini. Et uxorem adolescentie tue noli despicere. ut que tibi virginali primum iuncta est matrimonio perseveret usque ad senectutem. Sed poterat fieri ut principes sacerdotes levite populis [?] renderint. precepit deus per moysen ut cum odio habueritis uxores dimittatis eas. Et legendum est. Dominus in scripturis: cum odio habueris uxorem tuam. dimitte dicit dominus deus israel. Statimque inducitur [?] hoc quod de lege preceptum est. sed propter duritiam cordis vestri. Quod plenius dominus in evangelio prosequitur. excepta causa fornicationis nequaquam uxorem dimittit. Operiet vestimentum eius iniquitas. in corpore quo anima vestitur dicit dominus exercituum. ut in quo peccavit

ipso puniat. Cum odio habueris dimitte. Hec ita illa
dissoluta incubat et replicat quod supra
dixerat. custodite spiritum vestrum et nolite de-
spicere. vel custodia spiritus viri vel ante uxorem
si pauper est aut deformis. Quod nos spa
lit. iure esse liberi. super uxoribus expo
situs deliciis. alii generaliter contra eos dic
tum putant qui aliena diripiunt et iniuste
divitias congregantes auctori offerre munera de
quibus dicit. neququam se posse suscipere lacrimis
eorum qui vastati sunt et fletu ac gemitibus pro
hibitum. Et operiebatis lacrimis ista. illi testi
mo. honora deum ex iustis tuis laboribus
Hec et istum sensum interserunt. Eos qui propter
familiaris occasione et nimium libo
rum et naufragium et cetera que ad despera
tionem pertinet, fletu sollicitati, in fletum et
tonitus se tradunt planctum et gemitibus
vel ac robore et spe in deum et primis fu
tuorum contra desperant. et sic dicatur ad
dominum orantes non suscipi ab eo quia in deo
ris et incongruis vidi placitis desperent.
Hic autem quod sequitur quia dominus testificatus
est inter te et uxorem pubertatis tue sive ado
lescentie quam tu despexisti et hec est par
ticeps tua et uxor patrum vel testamenti
tui et non alius fecit. Et reliquiae spiritus tui
sic interpretantur ut uxorem adolescentie naturale
dicant intelligere. et legem in corde perscriptam
que omnibus hominibus insita est. Unde et gentes
non habentes legem dei ea que sunt legis operantur
et de hac dicitur in proverbiis. Porrum a deo
dirigitur uxor vide et iubentur ut de nostris
aquis bibamus et fontibus. nullusque in
potando sit particeps. et ut letemur cum uxore
adolescentie nostre. Hec uxor et impellit in
credulos dicere. deus iudicat et deus videt
et ipsi cuncta inter me et te diiudicanda
permitto. De qua ecclesiastes loquitur. Et vi
ue vitam cum muliere quam dilexisti. omni
bus diebus vanitatis tue que tibi dati sunt sub
sole. Hec uxor residuum spiritus viri est. quia
non secundum sensum copulatur. que si recedat a no
bis statim offendimus deum et operit nos in
ira impietas. Unde et nunc iungitur. Custo
dite spiritum vestrum. non contemnite. in qua qui sunt
deo placere non possunt. non carnalis. animalis enim
homo non recipit ea que sunt spiritus sed spiritum qui
spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabili
bus. Laborare fecistis dominum in sermoni
bus vestris et dixistis. in quo fecimus eum la
borare. In eo quod dicitis. omnis qui facit
malum. bonus est in conspectu domini et tales
ei placent. aut certe ubi est deus iudicii.
LXX. Exacerbastis dominum in sermonibus ve
stris et dixistis. in quo exacerbavimus eum.
In eo quod dicitis. omnis qui facit malum
bonus est in conspectu domini et in hiis ipse com
placet. et ubi est deus iustitie. Huic
loco plenius lxxii psalmus exequitur cuius
principium est. quam bonus israel deus hiis qui
recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt
pedes pene effusi sunt gressus mei. Quia
zelavi super iniquos. pacem peccatorum vi
dens. Quia non est respectus morti eorum
et firmamentum in plaga eorum. In labori
bus hominum non sunt et cum hominibus non flagel
labuntur. Ac deinde. Et dixi ergo sine causa
iustificavi cor meum. et lavi inter inno
centes manus meas. Reversus populus de
babilone. et videns cunctas in circuitu na
tiones in possessione babilonios in dolis et superbie
habundare divitiis vigere corporibus. omnia que
bona putantur in seculo possidere. se vero qui
habebat notitiam dei squalore. inedia. ser
vitute conspiciens scandalizatur et dicit.
Non est in humanis rebus providentia omnia
casu feruntur incerto. non deus iudex gubernat
nant. qui ponens malum ei placet et bonum
displicet. Aut certe si deus cuncta discer-

dicit. ubi est ius equum et iustum iudicium?
Istius modi questione mens incredula fidelium co-
tidie suscitat deo. et cum viderint iniquos
potentes. sanctos humiles. illos rebus omnibus
affluere. hos ne ea quidem que ad victum
necessaria sunt habere. et interdum similis anxiis
tenebris oculis ex parte in labiorum ulceribus
et infirmitate depressos. qualis in evangelio
lazarus legitur qui ante fores divitis purpu-
rati desiderabat micis que abiciebantur de men-
sa reliquiis ipse animam sustentare. di-
vitie vero tante feritatis et crudelitatis ut
non misereatur homo hominis. cuius etiam canum
lingua misereretur non intelligentes tempus iu-
dicii. nec vera bona illa esse que reperta
sunt. dicunt malum ei placet et ubi est
deus iudicii? Capitulum tertium

Ecce ego mitto angelum meum
qui preparabit viam ante faciem meam. et sta-
tim veniet ad templum suum dominator quem
vos queritis. et angelus testamenti quem
vos vultis. LXX. Ecce ego mitto ange-
lum meum et preparabit viam ante faciem me-
am. et subito veniet in templum suum dominus
quem vos queritis et angelus iustitie
quem vos vultis. Hoc in principio est dictum
in evangelio de iohanne baptista. de quo
scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum
ante faciem tuam et preparabit viam tuam coram
me. Et hic in eisdem usus est verbis que lxx
interpretes transtulerunt. Marcus quoque evangelista
duo testimonia malachie et ysaie. sub
unius prophete fronte contexens ita exorsus
est. Initium evangelii ihesu christi sicut scriptum
est in ysaia propheta. Ecce mitto angelum
meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam.
Hoc licet verbis aliis in malachia legitur.
Quod autem sequitur. Vox clamantis in deserto pa-
rate viam domini. rectas facite semitas eius
ab ysaia propheta. Statimque utriusque testi-

monii de quo dicimus exponentes. Fuit magister
iohannes in deserto baptizans et predicans bap-
tismum penitentie in remissionem peccatorum. Sed et evange-
lista vaticinium zacharie super iohanne interpretans
Lucas in suo consonat. in verbis discrepant.
Pro eo quod lxx transtulerunt rectas facite semi-
tas dei nostri. nimis liquet quod dixerit rectas
facite semitas eius. iohannes autem ait dirigi-
te viam domini. Ex quo perspicuum est apostolos
et evangelistas et ipsum dominum salvatorem. non
lxx interpretum auctoritatem sequi. qua hebree
lingue habentes scientiam non indigent. sed ex he-
breo transferre quod legerunt non curantes
de sillabis punctisque verborum. dum sensuum veri-
tas transferatur. Quod quidem et in pluribus
locis eos fecisse docuimus et maxime in eo libro
qui a nobis inscriptus est. de optimo genere in-
terpretandi. nullus sibi testimoniis approbatum
est. Hoc ergo quod dicit. ecce ego mitto an-
gelum meum. et preparabit viam ante faciem me-
am. ex persona christi dicit. qui iohannem misit
in deserto inde predicare baptismum penitentie in
remissionem peccatorum. Quod autem sequitur. et
statim veniet ad templum suum dominator quem
vos queritis. et angelus testamenti quem vos vultis
iam de se quasi de alio loquitur iuxta con-
suetudinem scripturarum. Nulli ergo dubium
quin dominator id est salvator sit qui est creator omnium
et angelus testamenti et magni consilii angelus
appellatur. Alii vero hoc quod dicitur ecce ego mitto
angelum meum et preparabit viam ante faciem meam
ex persona patris dictum putant. Et quod sequitur
statim veniet ad templum suum dominator quem
vos queritis. et angelus testamenti quem vos
vultis. de domino salvatore ab eo dictum intel-
ligunt. Preparat autem viam iohannes et rectas facit
semitas dei nostri in corde credentium. in quibus
prius tortuositas et incredulitas. plus deambulare
non poterat. Templum autem vel ecclesiam inter-
pretantur vel uniuscuiusque credentium. Ecclesiam

edificamini domus spirituales. sacerdotium s(an)c(t)um
offerre spirituales victimas. et accepi(m)us (sp)i(ritu)m d(e)o p(er)
ih(esu)m x(risto)m. Et vos u(er)o qui credidistis. nescitis
quia templum dei estis et sp(iritu)s dei habitat in
vobis. Audi hoc quod dicit. Ecce ego mitto
angelum meum. de helya p(ro)ph(et)a intelligitur
Et quod sequitur et statim veniet ad templum
suum dominator quem vos queritis et angelus
testamenti quem vos vultis refertur ad

hoc e(st) x(risto)m suum. quem dicit
ultimo tempore esse venturum. Quomodo quos
te... exitus non docuit u(er)itas. Nec enim te(m)
plum suum ueniet dominator. quod usque ad fu(n)
damentum destructum est. Aut si ab eo ex
struendum est. antiqua r(ati)o adueniat. quod
x(risto)m eorum amplius factus est et ab eo
restituta fiunt omnia. Dominus noster in
euuangelio helyam p(ro)ph(et)am. ioh(ann)em bapt(ista)m inter
pretans loquitur. si vultis scire ipse est
helyas qui venturus est. De quo et hic idem
p(ro)ph(et)a que nunc disserimus scribit in fine
Ecce ego mitto vobis helyam p(ro)ph(et)am
antequam veniat dies domini magnus et hor
ribilis. Quomodo autem helyas ioh(ann)es sit.
dedit nobis viam intelligentie. in virtute
et sp(irit)u helye eum venisse commemorans

iii
Ecce venit dominus exercituum. et quis poterit
cogitare diem aduentus eius. et quis stabit
ad videndum eum. Ipse enim quasi ignis con
flans et quasi herba fullonum. et sedebit co(n)
flans et emundans quasi argentum. et pur
gabit filios leui. et colabit eos quasi aurum
et quasi argentum. Et erunt domino offerentes
sacrificia in iustitia. et placebit domino sacri
ficium iuda et ierusalem sicut dies seculi. et sicut
anni antiqui. Et accedam ad vos in iu
dicio et ero testis velox maleficis et
adulteris et periuris. et qui calumpniantur in
mercede mercennarii. viduas et pupillos et
opprimunt peregrinum. nec timuerunt me dicit

dominus exercituum. Ego enim dominus et non mutor

lxx. Ecce venit dicit dominus omnipotens. et quis sustine
bit diem introitus eius. aut quis stare poterit ut
aspiciat eum. Quia ipse ingreditur quasi ignis
conflatorii. et quasi herba lauantium. et sedebit
conflans et emundans sicut argentum. et sicut
aurum. et emundabit filios leui. et fundet eos
sicut aurum et argentum. Et erunt domino offeren
tes hostias in iustitia. et placebit domino sacri
ficium iuda et ierusalem sicut diebus pristinis
et sicut annis prioribus. Et accedam ad vos in
iudicio et ero testis velox super malefi
cos et super adulteros. et super eos qui iurant
in nomine meo mendacium. et qui fraudant mercede
mercennarios. et opprimunt per potentiam vidu
as. et percutiunt pupillos et peruertunt iu
dicium aduene. et qui non timent me dicit
dominus omnipotens. Quoniam ego dominus deus vester et non
mutor. Supra legimus molesta domino fecisti
ne ab his qui dicunt. omnis qui facit malum
bonus est in conspectu domini. et tales ei placent
aut certe si displicent. ubi est deus iudicii.
Hoc est ubi est iustitie uindex. Ad quam
dissoluendam domini sermo respondet. mittam
angelum meum qui preparabit viam meam. et
veniet ad templum suum dominator quem vos
queritis et qui iudex est vindex de quo dicitur
in psalmo. Deus iudicium tuum regi da. et
iustitiam tuam filio regis. Non enim pater
iudicat quemquam. sed omne iudicium de
dit filio. Et ille est angelus testamenti
quem vos queritis cui mala non placent
qui personam non accipit in iudicio. qui
nulla nec misericordia nec seueritate mutatur.
Calix enim in manu domini vini meri ple
nus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc
et misericordiam iustitia temperauit. et iustitiam misericordia.
Iste igitur statim et velociter veniet ad
templum suum. et quis poterit
cogitare diem aduentus eius. Si cogi

tie pro potentia maiestatis eius nemo poterit quis poterit? Et quis stabit ad videndum eum? Hoc est quis poterit eum potius suspicientibus et contuentibus oculis conspicere in sua claritate qui est sol iusticie et in cuius pennis est sanitas? Ipse veniet quasi ignis conflans et quasi herba fullonum. Ignis enim in conspectu eius ardebit et in circuitu eius tempestas valida. Tunc vocabit celum desursum et terram ut diiudicet populum suum. Stibia ignis trahent ante eum peccatores quosque volucria. Igni autem dicitur dominus et ignis consumens ut mira ligna fenum stipulamque comburat et non solum ignis sed et herba fullonum que hebraice borith appellatur et a lxx id est herba fullonum vertitur.

Ipse hiis qui peccaverint erit ignis conflans et consumens; quibus autem levia peccata committunt herba fullonum ut lavet munditiam restituat secundum illud quod scriptum est in ysaya: Lavabit dominus sordes filiorum et filiarum syon et sanguinem emundabit de medio eorum spiritu iudicii et spiritu combustionis. Nam sordes levius spiritu iudicii indigent ut laventur; que sanguine plene sunt spiritu combustionis ut sanguis qui in eis extrinsecus litus est auferatur. Et sedebit conflans et emundans sic argentum ut secundum iezechiel quicquid in auro micabat et argento id est sensu et eloquio ere stagno ferro plumboque commixtum est in camino domini purgetur et purum aurum remaneat et argentum. Unde et dominus loquitur in ewangelio: Ignem veni mittere in terram et quam volo ut ardeat. Et purgabit filios levi. Tempus est enim ut iudicium incipiat a domo dei. Et alibi scribitur: a sanctis meis incipite. In filiis autem levi omnem sacerdotalem intellige dignitatem.

Si autem sacerdotes purgandi sunt et colandi ut purum aurum remaneat et argentum, quid de ceteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint et colati tunc offerent domino iusticia sacrificia et placebit sacrificium eorum quod offerunt pro iuda et ierusalem. Hoc tempus hiis qui domino confitentur et parte eius merite conspiciunt. Sicut dies seculi et sicut dies antiqui annis ut quomodo in principio placuerunt deo sic post peccatum et penitentiam placere incipiant cum omnium fuerint peccatorum sorde purgati. Et accedam ad vos in iudicio et ero testis velox. Quam formidolosum iudicium cum ipse sit testis et iudex. Testis est autem contra maleficos et adulteros. Hec enim omnia perpetrantur occulte et ideo proferuntur in medium ne diu lateant. Post maleficos ponit adulteros post adulteros periuros post periuros qui calumpniantur mercedem mercenarii et nolunt reddere pro operis labore quod debetur. Viduas quoque et pupillos scandunt calumpniantur et opprimunt peregrinum et alienigenam vel ut ceteri interpretati sunt qui nondum in christi venit essentia. Et si illa universa non fecerit sufficit eis solum crimen ad penam quia non timuerunt dominum. Reliqua igitur levia puto esse peccatum periurium et mercedem non reddere laborantium et calumpniari viduam et pupillum et opprimere alienigenam et peregrinum; que maleficio veneficiis et adulterio comparantur. Hec iuxta hystoriam et iuxta tropologiam intelliguntur ut quod eo tempore dicebatur ad principes iudeorum nunc dicatur ad principes ecclesiarum. Quodque sequitur ego dominus et non mutor ideo posuit quia supra dixerat ipse quasi ignis conflans et quasi herba fullonum ne putaretur divinitatis mutare naturam cum pro nobis aut angelus aut ignis a

Malachias

borith nominatur. Et vos filii iacob non
estis consumpti. A diebus enim patrum vestrorum re-
cessistis a legittimis meis. et non custo-
distis. lxx. Et vos filii iacob non re-
cessistis a pravitate patrum vestrorum. declinas-
tis a legittimis meis et non custodistis
Supra dixerat ego sum testis velox male-
ficis. et adulteris. et periuris. et qui calump-
niantur mercedem mercenarii. viduas et
pupillos. et opprimunt peregrinum. nec ti-
muerunt me dicit dominus exercituum. iusti-
ciaque iudicem esse se dicebat. qui non accipi-
at personam in iudicio. nunc dicit ego dominus et
non mutor. et est sensus Vos per ma-
leficia et adulteria et periuria et calumpni-
as et violentiam cotidie mutamini. ego
in iudicio nulla personarum valentia commutor
Vnusque fenerator et iustum iudicem esse me fa-
tetur. o filii iacob tu non est tormentorum
diversitate consumpti. iuxta illud quod scriptum est in
ieremia. filios vestros percussi sine causa.
disciplinam non receperunt. Nec hoc nunc
facit nisi scilicet ut mereamini veniam. sed here-
ditatem habetis conpetentem ex diebus patrum
vestrorum a legittimis meis recedendo. et non
custodiendo quod precepi. Filios autem iacob
secundum anagogen supplantatoris et germanam
primitiva rapientis qui non recedunt a pec-
catis patrum suorum. et declinent a legit-
timis et non custodiant que precepta sunt intel-
ligamus eos qui in ecclesia constituti non
recedunt a viciis. et falso sibi religionis
christiane nomen assumunt. Revertimini
ad me et ego revertar ad vos dicit dominus
exercituum. Et dixistis in quo revertemur.
Si affigit homo deum. quia vos confixistis
me. Et dixistis In quo confiximus te.
In decimis et in primitiis. in penu-
ria vos maledicti estis. et me vos
configitis gens tota. Inferte omnem
decimam in horrea et sit cibus in do-
mo mea. et probate me super hoc dicit dominus
si non aperuero vobis cataractas celi. et
effudero vobis benedictionem usque ad habundantiam.
Et increpabo pro vobis devorantem. et non cor-
rumpet fructum vince vestre. nec erit sterilis vinea
in agro dicit dominus exercituum. Et beatos vos
dicent omnes gentes. Eritis autem terra desiderabilis vos
dicit dominus exercituum. lxx. Revertimini ad me
et ego revertar ad vos dicit dominus omnipotens
Et dixistis in quo revertemur. Si supplan-
tat homo deum. quia vos supplantastis me Et dix-
istis In quo supplantavimus te. Quia decime
et primitie vobiscum sunt et vos videntibus res-
picit. et me vos supplantastis Annus im-
pletus est et auferstis fructus in thesauros et
erit rapina in domibus vestris. Revertimini propter hoc
dicit dominus omnipotens. nisi aperio vobis cataractas
celi et effudero vobis benedictionem meam.
usque dum sufficiat. et dividam vobis cibos
et non disperdam fructum terre vestre. et non infir-
mabitur vinea vestra in agro dicit dominus
omnipotens. Et beatos vos dicent omnes gentes.
quia eritis vos terra voluntaria dicit dominus
omnipotens. Et in principio diximus malachi pro-
phetam et esdram sacerdotem debere intelligi. cuiusque
que in illa scribuntur hystoria in hoc quoque vo-
lumine continentur et nunc dicimus temporibus eius
et neemie quos scilicet vixisse manifestum est fa-
mem fuisse grandissimam. et ob famem sedici-
onem et pauperes terre nimium compulsos fi-
lios suos et filias et omnem possessionem
vniusque servam vendidisse. Denique dicit
filii nostri et filie nostre multe sunt nimis. ac-
cipiamus pro eorum frumentum et comedamus
et vivamus Et erant qui dicerent agros
nostros et vineas et domos nostras opponamus
et accipiamus frumentum in fame Et
iratus sum nimis cum audissem
clamorem eorum secundum eorum secundum verba hec cogitavi

utique cor meum mentem et mirantur optimates et magistratus et reliqua multitudo famis at-
tempore annona carissima in tantum ut filias fi-
lios vendere cogerentur et agros quos pater ha-
bebant et quia in horrea nullas fruges con-
gregabant propter nimiam vel propter penuriam inopiam
dine levitis decimas nolebant reddere qui
non habebant partem in hereditate videlicet quia pri-
mitie et decime erant hereditas eorum
Nos ne putemus nostrum esse ponamus eius
testimonium Et cognovi quia partes
levitarum non fuissent date et fugisset
unusquisque in regionem suam de levitis et
de cantoribus et de hiis qui ministrabant
et egi causam adversum magistratus et dixi
Quare dereliquimus domum Dei Et congre-
gavi eos et feci stare in stationibus suis et
omnis Iuda apportabat decimas frumenti
et vini et olei in horrea et constitui super
horrea Selemiam sacerdotem et Sadoch scribam
Et cetera Audivimus esse hystoriam nunc prophete
verba repetamus diligentius intuentes an pro-
phetia hystoriaque concordent Nam dicitur
revertimini ad me et ego revertar ad vos
dicit Dominus omnipotens quos hortatur ut rede-
ant perspicuum a Domino recessisse Et vide
clementiam Domini par pari repromittit ut in
qua mensura mensi fuerint remetiatur eis
Et sicut in levitico scribitur si ambulaveritis
ad me perversi et ego ambulabo contra vos
furore perverso sic et nunc propheta cohortatur
ad reditum ut ipse quoque ad eos redeat
Qui non intelligentes se a Domino recessisse
impudenter interrogant In quo revertemur
Et dicunt Non enim recessimus ut merito
redire cogamur Quibus ille respondet Si affiget
homo Deum quia vos me configitis Verbum
hebraicum quod scribitur haicebba LXX inter-
pretati sunt si supplantat pro quo Aquila Sy-
machus et Theodotio posuerunt si frau-
dat ut sit sensus si fraudat homo Deum
quia vos fraudastis me Et revera secundum
hystorie ordinem quia decimas et primiti-
as levitis populus non reddebat semetipsum
fraude decepit Dominus sustinens cum ministri fa-
me coacti et penuria templum deserue-
runt Deus enim per alios visitatur in carcere et
egrotos suscipit et esuriens sitiensque
cibum accipit atque potat cum non mini-
stris suis ipse decimas accipiat et si
non dentur partem suam ipse perdet Hoc quod
diximus haicebba lingua Syrorum et chal-
deorum interpretatur si affigit Unde et nos
ante annos plurimos cum uiuimus magis
ad ministerium dominice passionis in qua homi-
nes crucifixerunt Deum quam ad decimas
et ad primitias quod scriptum referebatur Que-
rat prudens lector quomodo interpretationem
hanc cognoscat quod scriptum in decimis et pri-
mitiis vel primitiis et videat an
possit hoc dicere ut me affigentes mi-
ni ut sceleratis manibus interficeretis Deum vestrum
non homines an terrena mediatricem fecisti sub-
tractione decimas et primitias non datas sa-
cerdotibus meis et levitis secundum Malachiam quas eas
per Moysen iussi dari Hoc de duobus unum a no-
bis dandum sit lectoris arbitrio intelligendum
vero reliquentibus nunc secundum ordinem
prophete Quia enim non reddidistis deci-
mas et primitias ideo in fame et penu-
ria maledicti estis et me vos supplan-
tastis sive fraudastis atque privastis gens
tota Pro gente que in hebraico scribitur
aggoi omnium LXX interpretati sunt eos per
conoys et est sensus Contra anima expleta
est et non in meos thezauros sed in vestra
horrea conportastis et pro decimis et pri-
mitiis que vestra erant si a vobis da-
rentur ubertatem possessionum vestrarum et
omnium frugum habundantiam perdidistis

Ut autem sciatis me hoc nascente pro
fructu, quia fraudasti me parte mea. Hortor
vos atque commoneo ut inferatis decimas
in horrea, hoc est in thesauros templi et ha-
beant sacerdotes atque levite qui ministrant
in eis. Et probate me si non cataractas pluvias
effundero ut cataracte celi aperte es-
se credantur et effundam vobis benedictionem
usque ad habundantiam. Verbum effusionis nimiam
largitatem ostendit. Sed si potest ut per
agros irrigantibus pluviis sit quidem
fertilitas ubertas aut locusta veniat aut bruchus
aut erugo aut eruca et labores ho-
minum pereant. Propterea iungit et dicit: Et
increpabo pro vobis devorantes, locustam
videlicet et reliqua que diximus, et non cor-
rumpet fructum terre vestre. Vinea quoque im-
plebit torcularia, et cuncte per circuitu
nationes mirabuntur fertilitatem terre vestre
in tantum ut omnes in ea habitare desiderent et
habundantia rerum omnium cunctis gentibus sitis
exemplo. Quod de decimis primitiis
sed diximus que olim debebantur a populo sacer-
dotibus ac levitis, in ecclesie quoque populis
intelligite quibus preceptum est non solum
decimas dare et primitias, sed vendere omnia
que habent et dare pauperibus et sequi dominum
salvatorem. Quod si facere nolumus, saltem
iudeorum imitemur exordia, ut pauperibus
partem demus ex toto et sacerdotibus ac levi-
tis honorem debitum deferamus. Unde et
et apostolus honorat viduas que vere vidue
sunt et presbiteros duplici honore honoran-
dos, maxime qui laborant in verbo et in doc-
trina dei. Quod qui non fecerit, deum frau-
dare et supplantare convincitur et ma-
ledicetur ei in penuria rerum omnium, ut qui
parce seminavit parce et metet, et qui in bene-
dictione seminaverit in benedictionibus fructus
colligat habundantes. Sed qui fames et
penuria et rerum omnium egestas opprimit
mundum, sciamus hoc ex ira dei descendere, qui
se in pauperibus si non accipiunt elemosinam
fraudari loquitur et sua possessione privari.
Possumus decimas et primitias et sic inter-
pretari. Si quis doctus et eruditus lege dei
potest ceteros erudire, non debet sibi assignare
prudentie ingenioque quod possidet, sed gratias a-
gat primum deo qui tribuit largitori, deinde sa-
cerdotibus eius et magistris a quibus doctus est.
Si et non egerit gratias, sed scientiam vendiderit,
in penuria maledicetur. Quod si intelligens
largitorem deum et hiis agens gratias per quos
a deo eruditus est, humiliat sese et in
horreum dei intulerit cibos, hoc est scripture
sancte alimenta in ecclesia populis ministrat, statim
aperientur super eum cataracte celi et effun-
detur pluvia spiritualis et mandabit deus
nubibus suis ut pluant super eum ymbrem
et habundantia rerum omnium perfruetur. Increpabitur
etiam pro eo devorante contrarias scilicet fortitu-
dines, et labor ingenii eius afferet fructum, et consequetur
illud quod scriptum est: Beatus qui in aures loquitur
audientium. Levabit quoque oculos suos et vi-
debit regiones que iam albe sunt ad me-
tendum, et colliget fructus in vitam eternam, ut
erit sicut vinea in agro eius, illius qui dicit
in evangelio: Ego sum vitis, et qui loquitur per
Iheremiam: Ego te plantavi vineam fructi-
feram omnem veram. Et tantum per humilitatis
confessionem et gratiarum actionem in deum ac ma-
gistros ecclesie eius beatitudinem consequetur, ut
in omnes beatum dicant illum gentes, et in terra
eius atque doctrina habitare desiderent qui illum in
ecclesia audierint disputantem. Invalue-
runt super me verba vestra, dicit dominus. Et dixi-
stis: In quo locuti sumus contra te? Dix-
istis: Vanus est qui servit deo, et quod emo-
lumentum quia custodivimus precepta eius et quia
ambulavimus tristes coram domino exercituum?

Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. siquidem
edificati sunt facientes impietatem. et tempta-
uerunt deum et salui facti sunt. LXX. In-
ualuistis super me uerba uestra dicit dominus et dix-
istis. Quid locuti sumus contra te? Et
dixistis uanus est qui seruit deo et quid am-
plius custodiuimus mandata eius. et quia am-
bulauimus supplices ante faciem domini omnipo-
tentis? Et nunc nos beatos dicimus alie-
nos. et edificantur omnes qui faciunt iniquitatem
et restiterunt deo et salui facti sunt. Hoc
dixerat. laborare fecistis deum in sermonibus
uestris et dixistis In quo fecimus eum labo-
rare. in eo cum diceretis. omnis qui facit ma-
lum bonus est in conspectu domini. et tales ei pla-
cent. aut certe ubi est deus iudicii? Rur-
sum idem plenius repetit. Populus et qui de
babilone reuersus. uidebatur dei habere no-
titiam. et obseruare legem. et intelligere pec-
catum suum. et pro peccato offerre uictimas. deci-
mas reddere. obseruare sabbatum et alia dei
lege precepta sunt. cernens autem ceteras nationes
cunctas rebus omnibus habundare. se in penu-
ria et fame et miseria constitutum scan-
dalizabatur ad singula atque dicebat. quid
mihi prodest quod unum et uerum deum colo.
quod abhominor idola. et conpunctus conscientia
delictorum. ante deum tristis incedo? Et locu-
ti sunt ut supra diximus LXX. et sequentibus post plenius
latinus quod prosequitur. Unde propheta qui est me-
dicus spiritualis. medetur cunctis uulneribus
et uerba blasphemie in creatore reddendi
contestatur et dicit ex persona dei. Inualue-
runt super me uerba uestra. siue iniqua
sunt. Et ceteri iuxta zachariam in quo iniquitas sedet
super talentum plumbi. et quod contra dominum dicitur
grauium blasphemiarum mole deprimit. Illi
non intelligentes uerba iniustitiam et blasphe-
miam suam. interrogant. quid locuti sumus
contra te? Quibus respondit dominus. Dixistis
uanus est qui seruit deo et quod emolumentum
quia custodiuimus precepta eius? In presenti se-
culo mercedem exigunt pro dei seruitute. ideo non
recipiunt. Et quia ambulauimus tristes coram
domino iuxta illud quod scriptum est in psalmis. tota
die tristis ingrediebar. Beatos igitur dicimus
arrogantes qui superbiunt contra deum et in-
pia blasphemiarum uerba iaculantur. Siquidem
edificati sunt et per scelera atque blasphemias
prosperis omnibus perfruuntur. Temptauerunt deum
siue restiterunt deo et salui facti sunt.
Salutem presentis seculi felicitatem putant et
idcirco decipiuntur erroribus. Hoc de heretica
intentione et ualentino et ceteris qui ueteris
non recipiunt testamentum. et contra creatorem mun-
di loquuntur intelligere possumus. quod prosperitatem
in imperiis sua. et multos scelere sonos habeant
ad quos scandalizati qui in ecclesia perse-
uerant. et ignorantes causas iudicii
dei [illegible] prophetie uerba dicunt. Tunc locuti
sunt timentes deum unusquisque cum proximo suo
LXX. Hoc locuti sunt qui timent dominum.
unusquisque ad proximum suum. Iuxta hebreos
ita intelligendum. illi de dei iudicio blas-
phemantibus. qui timent deum aduersum se
locuti. quod retributio malorum uel bonorum
non sit in presenti et breui seculo. sed in futuro et
in eterno. et quod homo non possit scire dei iu-
dicia et de illius equitate et iustitia disputa-
re et ceteri que de iustitia cum iusto loquuntur.
Recordixit quod sunt locuti. sed ex eo quod intelli-
gitur locuti sunt timentes deum unusquisque
cum proximo suo. intelligere debemus ea
locutos timentes deum quod omnium scripturarum uo-
cibus continetur. Iuxta LXX uero
legendum et pressa uoce ut dicimus hec sunt
locuti qui timent dominum. unusquisque ad
proximum suum. hoc est qui frustra iactant
et dicunt quod emolumentum quia custodiuimus
precepta eius. et ambulauimus tristes coram

Malachias

dño. Si et timent dñm ista nō
dicent. Et attendit et audiuit et
scriptus ē liber monumenti coram eo ti-
mentibus dñm et cogitantibus nomen
eius. et erunt mihi ait dñs exercituum in
die qua ego facio in peculium et parcam
eis sicut parcit vir filio suo seruienti sibi
et conuertimini et videbitis quid sit inter
iustum et impium et inter seruientem deo et
nō seruientem ei. Lxx. Et attendit do-
minus et audiuit. et scripsit librum
monumenti in conspectu suo hominibus qui
timent dñm et reuerentur nomen eius
et erunt mihi dicit dñs omnipotens in die
qua ego facio in acquisitionem. et eli-
gam eos sicut eligit homo filium suum
qui seruit ei. et conuertimini et videbitis
quid sit inter iustum et iniquum. et inter
seruientem deo et eum qui nō seruit ei.
Hec iustis loquentibus et timentibus
deum singulis cum proximo suo qui verba
blasphemie nō audire volunt nec
dicere. attendit dñs et audiuit. et scrip-
tus ē liber monumenti coram eo ti-
mentibus et cogitantibus nomen eius
vt cum dies iudicii venerit reddat et
blasphemantibus penas et timentibus
premia. Liber autem scriptus ē de quo in
daniele legimus et throni positi sunt et li-
bri aperti sunt. Et erunt dño exercituum
in peculium timentes dñm in die qua
iudicii tempus aduenerit. Pro peculio
in hebraico legitur sogolla quod aquila

et cetera

interpretatus est. Timentes in dñm
qui locuti sunt cum proximo suo. et ad
verba blasphemie tacuerunt. erunt in die
iudicii in peculium et parcet eis. quia omnis
homo sub peccato. sine eliget eos sicut
eligit solus homo filium suum seruientem sibi

in quo dulcius affectus est. et pietatis in
filium et seruitutis in famulum. Et tunc
qui nunc blasphemant et dicunt quod e-
molumentum quia custodiuimus precepta eius
et ambulauimus tristes coram dño. Ex illo-
rum electione et beatitudine vestram miseriam cog-
noscetis et visi in penitentia. videbitis quid
sit inter iustum et impium et inter seruientem
deo et non seruientem ei. **Capitulum iiii.**

Ecce enim dies veniet succensa quasi cami-
nus. et erunt omnes superbi. et
omnes facientes impietatem stipula. et infla-
mabit eos dies veniens dicit dñs ex-
ercituum. que nō relinquet eis radicem et
germen. Et orietur vobis timentibus nomen
meum sol iustitie. et sanitas in pennis
eius. Egrediemini et salietis sicut vitu-
lus de armento. et calcabitis impios
cum fuerint cinis sub planta pedum vestro-
rum die qua ego facio dicit dñs exercituum.
Lxx. Quia ecce dies venit ardens sicut
clybanus et comburet eos. et erunt omnes
alienigene et vniuersi qui faciunt iniquitatem
stipula. succendet eos dies veniens dicit
dñs omnipotens. et nō relinquetur in eis radix
neque ramus. Et orietur vobis qui time-
tis nomen meum sol iustitie et sanitas
in pennis eius. et egrediemini et salietis
sicut vituli de vinculis relaxati. et con-
culcabitis iniquos et erunt cinis inter
pedes vestros in die qua ego facio dicit dñs
omnipotens. Quia labore me fecerunt im-
pii in sermonibus suis et dixerunt omnis qui
facit malum bonus ē in conspectu dñi. et
tales ei placent. et vanus ē qui seruit deo
et quod emolumentum quia custodiuimus precepta
eius et ambulauimus tristes coram dño ex-
ercituum. Et audistis eorum verba temeraria lo-
cuti sunt timentes deum. et vnusquisque cum
proximo suo contulerunt ea quod de timore

ptinet Attendit dns et audiuit et scriptus est liber monumenti his qui timent
dominum et cogitant nomen eius. Et tunc dies
venit. hic se eos in peculium pollicetur.
et parcet eis sicut parcit homo filio suo servi-
enti sibi. pleniusque insinuat et dicit
Ecce dies veniet. id est dies iudicii. quam scriptis
suis ait. et prioribus tribue. et ipsa dies
succensa erit quasi caminus vel clyban. Erunt
omnes superbi et facientes impietatem stipula. et inflam-
mabit eos dies veniens. Cuius eos inflam-
maverit atque absumpserit. non relinquet
in eis ullam radicem et germine malitie
Hoc de impiis quid in die iudicii
sint passuri. econtrario dicitur quod timentibus
nomen dei eveniat Et orietur vobis timen-
tibus nomen meum sol iustitie qui vera omnia
iudicabit. et nec bona nec mala. nec
virtutes nec vitia latere patietur Et sani-
tas erit in pennis eius ut sanatos per pe-
nitentiam portet in humeris suis. iuxta
id quod in deuteronomio scriptum est. ex-
pandes alas suas suscepit eos. et in
humeris suis portavit eos Tunc
egredientur qui nunc in seculo quasi in carcere
sunt inclusi et salient quasi vituli de ar-
mento. sive quasi vituli de vinculis li-
berati Unde et apostolus dicit Cupio dis-
solvi et esse cum christo. ut egrediatur et sa-
liat sicut vitulus de vinculis liberatus
et sicut victima domini Nec tamen leonne
sine contentio est. sed calcabit impios cum
fuerint cinis Unde et ad iustos fit pro-
missio Deus autem conteret sathanam sub pe-
dibus vestris velociter Albinha locutus
est ad dominum contra conspectum divine maiesta-
tis cinerem esse se sentiens. ego sum cinis et
cinis Et postea videbit solem iustitie
et recessit inter medios eius deos. atque
ipso portante ad celestia sublevabitur

Qui vero per superbiam dixit. pono super
sydera sedem meam. et eo similis altissimo
deducetur ad terram et erit quasi cinis sub
scabellum pedibus tuis dies domini advenit in
dominum / Memento legis moysi servi
mei. quam mandavi ei in oreb
ad omnem israel precepta et iudicia / Lex
filii Iustitia iustorum in futuro erit remu-
neratio qui superborum inditur. et germen
devorans flamma consumet et comburet.
et timentibus dominum orietur sol iustitie. et
sanitas in pennis eius Igitur mementote
legis moysi servi mei quam ei dedi in
monte oreb. qui est firma ad omnem israel
precepta et iudicia Dicente autem apostolo
scimus quia lex spiritualis est. et beato david
dicente revela oculos meos. et consi-
derabo mirabilia de lege tua. et quia spi-
ritualiter omnes celeste manna come-
debant. et universus populus israel de
eadem spirituali et sequente eos bibebant
petra. petra autem erat christus Quia nec-
dum in christo spiritualiter debet legis precepta
servare. quam dedit in oreb quod interpretatur
siccitas. per quam omnium vitiorum humor
excoquitur. et ad medios solis iustitie libi-
dinis recumat siccatur Locutus est autem
dominus ad universum israel qui sibi sunt deum
et de quibus in evangelio dicitur. beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt / Ecce ego
mitto vobis helyam prophetam antequam veni-
at dies domini magnus et horribilis. et
convertet cor patrum ad filios et cor filiorum
ad patres eorum. ne forte veniam et percu-
tiam terram anathemate / Lex Ecce
ego mittam vobis helyam thesbyten antequam
veniat dies domini magnus et illustris
qui convertit cor patris ad filium et cor
hominis ad proximum suum ne forte veniens
percutiam terram penitus Post moysen

tius mandata spiritualiter doctius esse
funanda. helyam dicit esse mittendum. in
moyse legem. in helya prophetiam signi-
ficans. dicente abraham ad quendam di-
uitem purpuratum. habent moysen et prophetas
audiant illos. Et dominus atque saluator
transfiguratus in monte loquentes secum habet
moysen et helyam in candidis vestibus
qui et dicebant ei que passurus esset in ierusalem
lex enim et omnes prophetarum chorus christi pre-
dicant passionem. Igitur antequam veniat dies
iudicii et percutiat dominus terram anathema-
te. siue occasione uel subito. ut lex transtu-
lerunt. Hoc est significat. mittet
dominus in helya qui interpretatur deus meus
et est de oppido tesbi. quod conuersionem et
penitentiam sonat. decem prophetarum chorum qui
conuertat cor patrum ad filios. abraham
videlicet et ysaac et iacob et omnium patriar-
charum. ut credant posteri eorum in dominum
saluatorem in quem et illi crediderunt
Abraham enim vidit diem domini et letatus
est. Siue cor patris ad filium in cor dei
ad eum qui spiritum adoptionis accepit
et cor filiorum ad patres eorum. ut iudei
et christiani qui nunc inter se discrepant
pari in christum religione consentiant.
Unde dicitur ad apostolos qui seminatum in
toto orbe euangelium predicauerunt pro patribus
tuis nati sunt tibi filii. Sic enim helyas
non cor patrum ad filios antequam conuertit et
cor filiorum ad patres eorum. cum veniet di-
es magnus et horribilis. magnus sanctis.
horribilis peccatoribus. pariter veniens et
iustus iudex non celum. non eos qui iusti sunt
in celum. sed terram anathemate qui sunt
opera terrena. Iudei et iudaizantes here-
tici ante suum helyam
putant esse venturum et restituturum omnia
Unde et christo in euangelio proponitur questio
Quid est quod pharisei dicunt quod helyas
venturus est. Quibus ille respondit. helyas
quidem veniet. et si creditis iam venit. in
helya iohannem intelligens.

Deo gratias

Explicit expositio beati iheronimi presbiteri
super malachiam prophetam

Orate pro scriptoribus unum Ave maria
Theoderico de spaerdam et
Arnoldo de Amsterdam

xxiiij feuilles

612